

Magna fuit in hac causa controversia inter fidicommisarios Ioannis Baptiste Cataneo defuncti, incola Genuensis ciuitatis ex una, & D. Regionum Fiscalem ex alia.

2. Prætendunt fidicommisarij Ioannis Baptiste Cataneo, quod emendetur decretum in hac causa pronuntiatum à Doctore D. Antonio Bonal Senatore in Supremo iustitia Senato, in quo pronuntiavit, ad Regium Hispanie Fiscum pertinere omnia Regalia iura, redditus, & bona relicta à Baltasar Cataneo, in quibus fuit hæres institutus Stephanus Cataneus eius filius, simul cum fratribus, & redditibus ex morte Stephani Catanei, quia prædictus Ioannis Baptista Cataneo occidit Stephanum in LucodeVio Regio territorij Lucensis, ob quam causam condemnatus est in amissione dictorum honorum secundum Genuæ, & Lucæ sententias.

3. Et quod prædicti fidicommisarij absoluvi debent à petitione D. Fiscalis.

4. Prædictus iudex, & Regi Fisci procuratores, qui hanc causam fuerunt prosequuti promiserunt magnum interest Regio patrimonio obuenturam ex confisicatione bonorum, quæ in his Hispaniæ Regnis reliquit Baltasar Cataneus pater Stephani, quæ summati 65 ducat redditum, quod incertum est, nam quando D. Fiscalis actio iusta sit, non poterat confiscari, nisi tertia pars, & portio bonorum dicti Stephani Catanei, in qua dictus Ioannes Baptista succedit, quæ est pars momenti si adiutatur, quod per testamentum sub cuius dispositione decessit Baltasar Cataneus conditum Mariti die 4. Septembris anni 1586. instituit hæredem Stephanum ex duabus lex partibus sui patrimonij, & in alia sexta parte Dominicum Cataneum suum fratrem patrem dicti Ioannis Baptiste, & instituit duas sextas partes reponi in potestate dicti Dominici Cataneo, & Marci Antonij Quade, quibus commisit, ut eas converterent in exonerationem conscientiae sua pro negotiationibus, quas ipse habuerat in his Regnis cum diversis personis, iuxta quod prædictæ duas sextæ partes Stephani Catanei poterant singulis annis redditus 25 ducat producere, sed eo absq; filii decedentes, vocati ad successionem fuerint filii, aut hæredes dicti Dominici Cataneo, qui quatuor fuerint, videlicet Ioannes Baptista, Baltazar, Charetina, & Lucia Cataneo.

5. Inter quos substitutos hæreditas, & portio Stephani fuit distributa, & ad quemlibet eorum pertinaverunt 500. ducat. redditum, & quando ut indignus ab hereditate Ioannis Baptiste repellatur (quod negatur) (ea hæc portio potest confiscari, & non pars cohæduna, ut in secunda allegatione dicetur, vbi probabitur, quod etiam ius accrescendi Fiscum excludit a portione delinquentis, & sic causa pars momenti, & interest est.

6. Sed in ea, meo vide ri, clari manifesta, & absque disputatione est Ioannis Baptiste iuris, & fidicommisatorum, ut prædicta sententia in totum emendetur, & ut clarus procedatur, hæc allegatio in duos diuiditur articulos.

7. In primo probabitur, quod declinatoria in qua fidicommisarij institerunt, tam in prima instantia coram prædicto iudice, quam in secunda in Senatu, est certa, & quod per sententias Lucensis, & Genuensis ciuitatis, nulla fuit tributa iurisdictionis Hispaniæ Fisco, nec aliquod ius ad confisicationem bonorum Ioannis Baptiste, nec ad eorum applicationem de nouo, Fisco faciendam, carum virtute intendere potest. In secundo, quod quando causa sit in principali determinanda (ut fecit dictus iudex) est etiam clara iuris fidicommisarii sum, ut emendetur sententia.

PRIMVS ARTICVLVS.

Defensor bonorum Ioannis Baptiste, & ipse Ioannes Baptista (postquam in hac regna peruenit) fecerunt super declinatio nia instantias, quibus astigit Genuæ legatus, D. Regi per statuta Senatum representans, & per alias modos, damanum, quod illi Recipublicæ proueniebat ex molestatione prædicti Ioannis Baptiste illius subditri ex hac causa, & cum super hoc diuersa facta fuissent de creta, præpue à Senatu Regio iustitiae, D. Rex declarauit iurisdictionem Hispaniæ senatu competere, ut de hac causa coguo sceret, & non abolutè, sed cum qualitate, & modo a Fisci intentato, ut constat ex testimonio in actis exhibito.

9. Modus, & qualitas secundum quam D. Fisci Procurator hanc confisicationem intentauit, ut insinuat sententia iudicis, non fuit eam de nouo petendo, sed iuxta Lucæ, & Genuæ sententias, in quibus Ioannes Baptista Cataneo pronuntiatur occisor Stephani Catanei, & ad minus reus in eius morte, & quod hac de causa bona, quæ Hispaniæ erant dicti Stephani, Fisco Hispaniæ fuerunt adquisita, iuxta theoretam Bartol. in l. cunctos populos num. 50. & 51. C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica, vbi ad iurisdictionis articulū dicit, quod quando confisatio fit iure commune, & extenditur, & ampliatur ad bona in alio territorio sita, procurator Fisci illius territorij occupat bona, exequendo sententiam, quod etiam tradit Albericus de statut. lib. 3. quæst. 2. num. 11. Carpan. ad statuta Mediolan. part. 4. tit. de iuribus, & privilegi. Fisc. super, §. omnism num. 572. Guacini. de confisicatione bonorum concluso. 16. num. 14. pag. 210.

10. Quo supposito, si probaretur secundū Genuæ, & Lucæ sententias nullum fuisse ius Fisco Hispaniæ adquisitum, & non obstantibus sententijs nouum processum formari non pos-

posse, cum contra Ioannem Baptistam non sit iurisdictio: in dubium reuocari nequit D. Fiscalis actionem euanescente, & sententiam iudicis emendandam, ad quod per fundamen-ta super sententijs, & declinatoria ad prædi-ctum Ioan. Baptistam Cataneum pertinentia, breues discursus sient. Ex prædictis decretis, & sententijs Luce constat fuisse processum con-tra dict. Ioan. Baptist. Catan. in contumaciam, & ideo sententia ei noua præiudicat, nec ullum contra bona illius operatur effectum ex se-quentibus fundamentis.

PRIMVM FUNDAMENTVM.

Ob solemnitatis defectum.

Hoc probatur primò, quia sententia pro-lata in uno loco, si in alio producatur, fi-dem non facit, nec aliquid probat Clar. in §. fin. quæst. 54. num. 6. vbi dicit, ita fuisse deci-sum in Senatu Mediolan. Chartar. de execut. sententiæ contumac. cap. fin. num. 11. & sequen-tibus.

11 Secundo, nam cum dicta sententia fuisset contra absentem prolatæ, præsumitur eam fuisse pronuntiatam propter absentiam, & contumaciam, & non quia fuisse culpa, Felin. in cap. ex literis, num. 40. de constitut. Rora apud Ludou. deci. 23. 71. num. 10. vbi Additio liter. C. latè probat, quod sententia contra absentem præsumitur potius lata propter contumaciā, quam ex iustitia, Farinat. deci. 6. 65. num. 2. & 3. part. 1. in recentior. Gratian. tom. 3. cap. 53. 1. num. 48. & 49. Burat. deci. 76. num. 6.

12 Tertio, nam prædicta sententia pro se præsumptionem non habet, nisi quatenus iu-stificatur exactis processus, Rotadeci. 1. 36. n. 3. part. 1. diversorum. Seraphin. deci. 290. Farinat. deci. 5. 83. num. 3. part. 1. in recentiorib. Bar-cio deci. 37. num. 4. & 5. vbi quod sententia, sine actis, nihil probat, nec pro ea præsumitur, Petregin. consil. 26. num. 16. lib. 1. vbi quod ni hil probat non exhibito processu, Burat. dicit. deci. 76. num. 2. 3. & 4.

Quod procedit etiam si sententia enuntia-ret solemnitates necessarias processisse, Char-tar. de execut. sententiæ cap. fin. num. 19. Gratian. lib. 2. disceptat. Foren. cap. 310. num. 89.

13 Nec obstat si replicetur, quod diuiti-itas temporis facit præsumere interuenisse omnes solemnitates necessarias, nam hoc pro-cedere posset in sententia prolatæ reo præsen-te, non vero quando est in contumaciam, Mascard. conclus. 32. num. 12. & cum se Ioan-nes Baptista præsentauerit Genuae, & contra eam reclamauerit, cessat præsumptio ex anti-quitate resultans, Seraph. deci. 38. 1. n. 8. p. 1. 1.

14 Præterea, ut antiquitas ex sententijs resulteret, 100 ann. necessarij sunt ad minus, vt probat Seraphin. deci. 38. 1. n. 4. & 5. Gratian. tom. 2. c. 310. n. 90. & 91. & sic prædicta sen-tentia non valeret, nec in forma probantii est.

SECUNDVM FUNDAMENTVM.

Ob citationis defectum.

15 **S**ententiam Luce pronuntiatam, cita-tio Ioannis Baptiste non præcessit, nec per edictū, aut generale proclama, & secundū ius commune, vt criminaliter contra contumacem procedatur, tres citationes requiriuntur, ex doctrina Bald. in l. receptitia in fin. C. de constitut. pecunia, quam sequitur Felin. in capit. consuluit de officio delegati, verific. Quinto fallit, & cum alijs pluribus Roland. consil. 6. 8. num. 32. lib. 2. Franch. deci. 5. 15. num. 4. & 5. vbi di-cit, requiri citationem certam, & individua-lem, Rouit. ad rubricam de sentent. fori iudicat. num. 2. & 3. Azeued. in l. 3. tit. 10. lib. 4. Recopi-lat. num. 19. & 20. Foller. in praxi crimin. 4. part. 3. partis principalis, verbo, Index in prin-cipio, num. 16. pag. 368. vbi quod requiritur dicta tria citatio, & non sufficit una pro om-nibus, Farinat. in praxi tom. 1. quæst. 11. num. 3. 8. & pluribus sequentibus, vbi declarat quo-modo fieri debeat citatio contumacis, & de iplius requisitis plura tradit Thesaur. libl. 1. q. 6. num. 11.

16 Et quando reus contra quem procedi-tur in contumaciam, est alieha iurisdictionis, debet citari per literas requisitorias, & hoc est de iure verius, vt per Farinat. d. q. 11. num. 43. immo quamvis sit eiusdem iurisdictionis, requi-titur, quod sit in territorio citantis, vt per Foli-ler. in praxi. 4. part. 3. partis principalis, verbo, Index num. 10. et si est in alia iurisdictione cita-ri debet in persona, vt latè per Sforciatum consil. 72. num. 18. verific. Secundo quia, n. 19. & 20. vbi ex hac causa contumacem defendit, qui citatus non erat, cum constasset in alio fuisse terri-torio, & de iure Regio probatur per l. 1. 2. & 3. tit. 10. lib. 4. Recopilat. vbi solemnitates pro-clamatum à legibus requisitæ proponuntur.

Sed secundum statuta particularia Lucensia cap. 19. 20. & 21. requiritur post propositam accusationem, quod sit persona rei citata ab alguazelo, aut persona deputata, & si reus non fuerit præsens, debet in domo sua citari, si eam in ciuitate, aut territorio habet, alias debet ci-tari per edictum, aut generale proclama, & si assignato termino, non compatuuerit pro co-contumace iudicatur, & vt nulla collusio, aut fraus interueniatur, disponitur in prædict. capit. 20. quod reus ab altero alguazelo sit iterum citandus, & si in secundo termino ad iudicium non veniat, in primo banno ponatur, & ite-ram præconia dentur, et si intia 8. dies se præ-sentaverit, vt cancellatus iudicetur, alias enim pro confessio de delicto cum eisdem circum-stantijs, quibus proceditur habeatur, & his ter-minis transactis potest minister sententiam pronuntiate, & reo 6. dies à publicatione sen-tentia coceduntur, vt se possit defendere, ita ve-

sententia sit ipso iure nulla soluendo decem solidos, quibus omnibus elapsis, in bonis & absentis persona sententia exequatur.

Quæ statuta obseruantur in dicta Republica Lucensi, ut à fidicommissariis probatum est.

17 Nullum ex his requisitis in dicta sententia fuit obseruatum, ut ex ea constat, & sic est nulla, & non meretur executionem, nec nomen sententiae, l. 4. §. condemnatū dñe iudicat. Follet in praxi crimin. 4. part. 3. partis principalis verbo, Index num. 19. pag. 369. vbi quod processus debet esse validus, & ritè, & rectè compilatus alijs sententia contumacialis non præjudicat, Farin. quest. 11. num. 34. vbi quod sententia contumacialis nulla, nullam meretur executionem, & num. 35. vbi quod hoc procedit, etiamsi processum fuit per inquisitionem, & num. 36. vbi quando non fuerunt seruati illi termini, qui de iure, stylo, aut statuto debuerunt seruari, idem Farinat. consil. 89. num. 3. ad fin lib. 1. Chartar. de execut. sentent. cap. 1. num. 435. cum duobus sequentibus, Giurba consil. 67. num. 8. 9. & 10. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 97. num. 32. & in terminis statutorum Lucensi, idem tradit Merlin. decif. Lucensi. 76. num. 2 vbi quod contumacia non incurrit non præcedente legitima citatione.

Præterea quando obseruari deberet prædictum Lucense statutum, quod contumax habetur pro confessio, debebat intelligi de vero contumacel qui citatus dicat nolle respondere, & ita in terminis similis statuti probat Follet. in praxi 4. part. 3. partis princip. verbo, Index num. 3. pag. 364. & num. 12. vbi quod requiritur, quod iudex interloquatur illum contumacem esse confessum eti sine tali pronuntiatione perueniat ad disfinitiuam, nihil agit, quod omne in dicta Lucensi sententia defuit.

18 Denique quando Lucæ sententia ritè, & rectè pronuntiata fuisset secundum prædicta statuta, si ea diversa sint ab eo, quod iure communis disponitur, non poterat confiscatio bonorum, quæ à dicta sententia fit, ampliari ab bona sita extra territorium Lucense, ut in terminis probat Ancharran. in repetit. cap. Canonum statuta, de constit. num. 221. & 222. vbi dicit, quod si in loco delicti procedatur contra absentem ex particulari statuto, in quo ordo procedendi, & condemnandi absentem est diuersus à iure communis, puta, quod contumax habetur pro confessio, & sic vt confessus condemnetur, quod sententia confiscationis bonorum contra sic contumacem pro la, non extenditur ad bona extra territorium existentia, quæ doctrina certa est, & ab omnibus communiter recepta, Guido Pancirolo consil. 115. num. 25. Augustin. de Arimin. in addit. ad Angel. de malef. verbo, Et eius bona publicamus, addit. 2. sub vers. Quero, bona expresse in sententia, sub num. 6. vers. Item adde Petri Ancharran.

19 Iuxta quod, vt sententia Lucæ excludatur debet animaduerti, quod aut fuerunt in prædicta sententia obseruata statuta, vel non nisi forma statutorum fuit obseruata diversa à iure communis, non ampliatur confiscatio ad bona Hispanæ sita, si non fuit obseruata, habebus intentum, siquidem nullitas est notoria ex defectu formæ statuti.

20 Cum quo coauenit alia communis conclusio, quod si confiscaō bonorum sit ex particulari statuto illius Provinciæ, non ampliatur ad bona alterius territorij ex defectu potestatis statuentium, ex theorica Bartol. in l. cunctis populis, C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica sub num. 51. vers. Hoc præmisso, Nellus de bannicis in 1. part secundi temporis, quest. 17. Angel. in tractat. de malef. verbo, Et eius bona publicamus, num. 5. vers. Quero bona, & ibi etiam Augustin. de Arimin. in addit. sub eodem verb. num. 5. & sequentibus, Bol. in practic. crimin. titulo de bonor. public. num. 62. vers. Quero quādo, vbi dicit esse communem opinionem, Int. Clat. in praxi, quest. 78. sub num. 97. vers. Sed hic quero numquid sententia publicationis bonorum, Farinat. in praxi, tom. 1. quest. 25. num. 99. vers. Quarta sit conclusio, Carpan. ad statuta Mediolan. 3. tom. titulo de iure & privileg. pisi. &c. Seu cap. omnium, super verbo, ubique sita, sub num. 464. & ibi Garonus art. 36. sub verbo, ubique sita, num 84. 85. & 86. pag. 141. & post eos Causal. centur. 2. crimin. ca. u 138. num. 1. & per tot. Guido Pancirolo. consil. 115. num. 25 Rota apud Farinat. decif. 575. num. 2. pert. 1. in recent. vbi dicitur, hanc opinionem esse verissimam, & omni proflus dubitatione carere, Guacin. de confiscatione bonorum, conclus. 13. limitat. 16. num. 3. & 4. & sequentibus, & conclus. 16. num. 13. & rurjus conclus. 21. num. 55. & 56. pagina mibi 253.

21 Quod procedit, etiam quod in territorio, vbi sunt bona, & non fuit pronuntiata tentia, vigeat similis constitutio ei, quæ viget in loco sententiae, vt considerat Bot. & post eum Causal. dict. casu 138. num. 3. Carpan. dict. cap. omnium, num. 465. Guacin. de confis. bonor. concl. 13. limitat. 16. num. 3. pagina mini 99.

Tertium fundamentum nullitatis sententie, ob obligacionem iurisdictionis defectum.

22 Vicensis Respublica poterat de hoc de dicto cognoscere, si in suo territorio fuisset commissum, iuxta l. 1. art. quæ in Provincia, C. vbi de criminis agi oporteat, & vt sententia fuisset valida, deberet D. Fiscalis probare delictum in illo territorio fuisse commissum, quia regulare est, quod qualitas attributiva iurisdictionis, debet per allegantem plenè probari, Farinat. in praxi 1. part. quest. 8. num. 86. & in terminis in qualitate commissi delicti in aliquo territorio, ita post alios tradit Guacin. de defensione reor. defensione l. c. 17. num. 48.

pagina mihi 88. vbi inter alia requisita, hoc substantiale adducit Zeuall. q. 678. n. 19.

23 Et non solum non constat per processum, quod delictum fuit in Luce territorio commissum, sed potius fideicommissarii probatunt fuisse in iurisdictione Pisae, quod est territorium Magni Ducus de Toscana, ut deposituerunt Ioannes Doria, Ioannes Baptista Bachoco, Carolus Bibaldo, qui magnam esse distantiam asserunt ex loco, vbi fuit commissum delictum, usque ad territorium Luce. Hieronymus Rola dicit vidisse corpus mortuum, iuxta Turretam, cum quo omnes conuenient Turretam esse iurisdictionis Pisae, ex quo ex iurisdictionis defectu penitus evanescit sententia.

24 Et quando evidenter constasset delictum fuisse in Luce territorio commissum, adhuc predicta sententia erat nulla ex defectu iurisdictionis. Primo, nam in frequenti questione, an iudex domicili possit procedere contra subditum delinquentem extra suum territrium, magis communis opinio est affirmativa, quod possit procedere, & punire sic delinquentem, Cin. in l. t. & ibi Paul. num. 5. & 6. C. vbi de criminis agi oporteat, Thesaur. decisi. 90. num. 2. & 3. Franch. decisi. 66. Farinat. in praxi quest. 7. n. 20. tom. 1. Causal. centur. 2. casu 162. num. 3. & 4. vbi addit, quod iudex originis possit procedere etiam ex officio, nulla praecedente accusatione, Rouit. ad pragmat. 1. vbi de delict. quis possit conueniri, n. 4. & vbi plures Doctores pro hac opinione assert Guacim. de defens. reor. defens. 1. cap. 14. num. 5. versic. Contrariam opinionem Viscont. in suis conclusionibus legalibus, verbo, index domicili, vel originis in princip. pag. 133.

25 Et eum competentes iudices sint domicili, & delicti, datur inter eos praeuentio, vt per Franch. decisi. 505. Capiblane, de Baronib. pragmat. 8. part. 2. num. 211. Guacim. d. defensione 1. cap. 17. num. 34. pagina mihi 86. Barbos. in l. heres absens, §. Proinde in articulo de foro del. tti, num. 107. cum sequentib. vbi num. 128. hoc verissimum intelligit, quando subditus ratione domicili, vel originis deliquit extra territorium contra alium subditum eiusdem domicili, tunc enim non sit remissio, siue procedatur ex officio, siue ad instantiam accusatoris, ex doctrina Bald. in l. 1. C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica, num. 48. quod dixerat ipse in eodem articulo num. 55. & 56 cum sequentibus, & Genuæ Republica praeuenit per capturam personæ, & sic eius iurisdictione omnibus debet præferti, quamvis in contumacia fuisse lata sententia capite proposuisti de foro competenti, Farinat. q. 7. n. 53. Capiblane de Baronibus d. pragm. 8. part. 2. n. 214. vbi dicit, hæc opinionem magis receptam esse in praxi.

Ethoc procedit, etiam si reus non capiatur, sed ipse se presentet si proceditur contra illum

in contumaciam, Farinat. dict. n. 53. §. Sub linea primo, in versic. In quo aduersas.

26 Et quamvis in questione principali sint Doctores resoluentes forum delicti præferti foro originis, vel domicili, utiusque opinio Doctores conueniunt in duabus limitationibus, quæ materiam comprehendent.

27 Prima, quod iudex commissi delicti præfertur in puniendo, & cognoscendo petita remissione: si vero non petatur, iudex originis rectè procedit, & punit, Deci. in lib. 4. crimin. cap. 18. num. 5. & cap. 91. num. 1. Rouit. ad dict. pragmat. 1. vbi de delicto quis possit conueniri, n. 66. in ultim. edit. Zeuall. quest. 678. num. 18. 19. & sequent. vbi ad id citat Clat. in §. fin. q. 38. n. 19. & Couarru in practic. cap. 11. num. 6. vers. Contraria sententia, Guacim. de defens. reorum defens. 1. cap. 17. num. 35. pag. 86.

28 Secunda, quando iudices sunt non solum ex diversis territorijs, sed ex diversis provincijs, quæ sunt subiectæ diversis Principibus, tunc enim non habet locum remissio, & iudex originis, aut domicili competens est ad puniendum subditum delinquentem in alio territorio, Clat. in dict. §. fin. quest. 38. num. 20. vers. Sed certè, & num. 21. versic. Hoc tamen, & cum alijs Rouit. in d. pragmat. 1. num. 67. Causal. centur. 2. caju 162. num. 8. & 9. Capiblane. de Baronibus pragm. 8. part. 2. num. 220. pag. 291. Thesaur. lib. 4. quest. 55. n. 1. Guacim. de defens. reor. defens. 1. capit. 17. n. 23. pag. 83. vbi pro hac opinione plures Doctores testantur, Barbos. in l. heres absens, §. Proinde in articulo de foro ratione delicti num. 131. & sequent. folio min. 228. col. 4. Morsa in emporio tit. 2. quest. 1. num. 14. vers. Sunt tamen nonnulli easus.

Quo easu nullo modo potuit Respublica Lucensis iurisdictionem habere contra Ioan. Bapt. Cataneum.

29 Quibus addimus, quod notabiliter resoluit Guacim. dict. defens. 1. cap. 25. n. 19. vbi ex Federico, Paulo, & alijs dicit, tunc reum soniri forum ratione delicti si ibi inveniatur.

30 Nec dicatur, quod Respublica Luce præuenit capiendo summariam informationem, & fulminando processum, ita ut hec præuentio, non sufficit in præiudicium iurisdictionis iudicis domicili, nam ad hoc requiritur cætatio rei, vt in terminis probat Franch. d. decisi. 505. n. 14. 15. & 16. & ita Respublica Luce iurisdictione contra Ioan. Bapt. non habuit. QVARTVM FUNDAMENTVM.

31 Quidam dicit sententia fuisse valida, cōpetebat aduersus eam prædicto Ioanni Bapt. Cataneo in integrum restitutio.

32 Constat ex actis, & à D. Fiscali non negatur, quod quando fuit commissum delictum Ioan. Bapt. quindecim annos adimplevit, ut ex Fide Baptismi constat, ex quo legitur quod dicta sententia in contumaciam vbi præiudicare non potuit, nec illius virtute pos-

uerunt bona confiscari. Ad quod aduertitur. Primo, quod verè contumax est, qui personaliter citatus respondit nolle in iudicio comparere: & siclè contumax dicitur, qui per editum, aut generale proclama vocatus non cōparet, Sforc. quest. 82. artic. 7. vbi latè distinguuit, Carroc. de exceptio. contra sententia prejudiciale, exceptio. 124. num. 9. & exceptione 44. num. 318. fol. 59. Giurba consil. 45. num. 1. & 2. & Ioan. Baptista Cataneo, nec verè, nec siclè contumax est, quia citatus non fuit, vt est dictum.

33 Secundo, quod de iure communi contumax non habetur pro confessio, Foller. in praxi crimin. 4. part. 3. part. princip. verbo, index. num. 2. in principio. & si per statutum Lucense pro confessio habetur, nullo modo tale statutum comprehendit minorem, Foller. vbi proximè, num. 7. & 8. pag. 366. Roland. consil. 68. num. 31. lib. 2. Mancin. de confes. capit. 6. num. 40. Farinat. in praxi, tom. 1. quest. 11. nn. 26. & sequent. & num. 30. verific In alijs vero locis, vbi dicit hanc esse veriorem opinionem postquam recensuit opinione aliotum, Monach. decis. 10. Bonon. ndm. 6. Carroc. de minor. in delictis excussand. quest. 33. ex num. 3. Et quamvis Doctores quos refert, idem Farinat. resolvant contrarium, omnes fatentur minorem factum contumaciam, non comprehendendi in dicto statuto, vt per Natta. consil. 541. num. 5. Carroc. dict. except. 124. num. 8. & 9. Monach. dict. Bonon. 10. num. 7.

34 Tertio, quando Ioannes Baptista fuisset verè contumax, est certum ei aduersus sententiam competere in integrum restitucionem, & hæc est communis, & verior opinio, vt per N. l. de bannitat. 1. part. 1. temp. quest. 1. num. 1. Foller. in praxi crimin. verb. for. indicentur, num. 7. & verbo, & si confitebuntur, num. 7. pag. 336. Sforc. quest. 82. artic. 7. num. 89. & sequent. & num. 93. & 97. Carroc. in tractat. de minor. in delict. excusand. quest. 44 & in tractat. de exceptionibus aduersus sentent. quest. 124. n. 47. Farinat. dict. quest. 11. num. 32. Chartar. de executione sentent. cap. fin. num. 224. & præcipue num. 227. & 228. & rursus num. 268. & 269. vbi constanter affimat minori compete re restitucionem in integrum aduersus sententiam contumacialem.

35 Et ex Regni Doctores idem tradit Azeved. in l. 3. tit. 10. lib. 4. Recopilat. num. 6. & que ad 10. vbi hanc opinionem defendit aduersus Auendaño, & Villalobos, quæ Castellæ obseruantur, nam exteri Doctores citati, qui hunc casum in favorem minoris decidunt, loquuntur præsuppositis statutis, quæ sunt ferè in tota Italia, quod contumax habeatur pro confessio, vt testatur Chartar. vbi supra cap. 1. num. 9. & num. 437. Quod in Hispania receputum non est, sed potius iuxta l. 3. tit. 10. lib. 4. contumax debet condemnari secundum pro-

bata, fugam ipsius considerando, quia sola 15 sufficit, vt per Azeued. ibi num. 71. & 72. & num. 80.

36 Et dubitari non potest, prædictum Ioan nem Baptista Cataneo, & heredes in integrum restitucionem petere posse, vt iana petitam habent, non obstante lapsu temporis, l. fin. C. de temp. in integrum, nam de prædicta sententia nunquam fuit certior factus, & nunc est quando præiudicatur, & D. Fiscalis ea iuuari intendit ad confiunctionem bonorum, itaque potest petere dictam restitucionem, vt mirabiliter tradit Rota apud Fatin. dec. 28 t. nu. 6. 7. & 8. in nou. centur. alias 4. part. diuers. maximè cum damnum, quod ex dicta sententia obueniret esset enormissimum, nam agitur de applicatione magni patrimonij (quod est sequestratum) à fisco, itaque hæc restitutio intra 30. ann. peti potest Sforc. q. 16. artic. 7. n. 66. Gratian. tom. 4. cap. 602. n. 45. & 46.

37 Quarto, & ex alio capitulo non præiudicat dicta sententia Ioanni Baptista, nam cum esset minor debuit ei curator ad litem dari, vt contra eum in contumaciam procederetur, Roland. consil. 68. num. 33. lib. 2.

38 Quinto, nam ficta confessio, quæ resultavit ex Lucæ processu contra Ioan. Baptista, si maior fuisset ei præiudicare non poterat, nam regula communis est, quod confessio vera non præiudicat confitenti, in alio iudicio, aut inter diuersas personas, Sord. consil. 135. n. 117. lib. 1. Farinac. in praxi, tom. 3. quest. 81. num. 103. itaque quamvis Ioannes Baptista delictum fuisset confessus in ciuitate Lucensi, ad hanc causam illa non præiudicat.

39 Et confessio ficta, quæ resultat contra producentem in iudicio aliqua instrumenta, non præiudicat producenti in alio iudicio, etiam inter easdem personas, Bald. in l. 2. C. de edendo, num. 25. Hondoned. consil. 73. num. 81. lib. 2. Riminald. consil. 213. num. 20. lib. 2. Farinat. decis. 539. num. 4. part. 2. in recentior. Ludonis. decis. 432. Peregrin. de iure fisci, lib. 7. titulo 3. num. 41. Mancino de confes. reorum me cap. 6. num. 29. vbi num. 30. generaliter addit, quod quælibet ficta confessio, non præiudicet in alio iudicio.

40 Itaque cum confessio, quæ resultat ex contumacia sit ficta, nec ea, nec sententia, quæ profertur contra reum, illi præiudicare in alio iudicio possunt, Foller. in praxi 4. part. 3. partis principio, verbo, index, num. 23. vbi punctualiter tradit, quod statutum, quod contumax habeatur pro confessio, nihil operatur in alio iudicio, & num. 42. pag. 373. vbi quod confessio ficta non nocet confitenti in alia causa, Farinat. quest. 11. n. 61. vbi addit, quod confessio resultans ex contumacia, solum præiudicat in illo contumaciæ foro, & non in alio, Thesant. lib. 4. quest. 59. n. 7. Ruin. consil. 19. n. 28. lib. 5. Surd. consil. 173. n. 100. Giurba con-

consil. 58 num. 28. & consil. 65 num. 67. postmedium. Additur prædictis doctrina Bartol. in l. eius qui delatorem de iure fisci ad fin. vbi quod sententia, quod quis habeatur pro confessio, non præiudicat in alio iudicio, & alijs relatis sequitur Albanus ibi num. 3. Thesaur. lib. 1. q. 6 num. 9 vbi quod facta confessio resultans ex contumacia, solum illi, & non alteri præiudicat, & in illo iudicio, & non in alio, & verific. Tertio, addit, quod facta confessio probest tantum illi, ad cuius instantiam contumax est, & non alteri.

41 Sexto, nam ut contumacialis sententia præiudicet, requiritur, quod sit a iudice competente pronuntiata, alias sententia non est, nec reo præiudicat, Foller in praxi 4. part. 3. partis princip. verbo, index, num. 24. pag. 370. vbi quod iudex debet esse competens, alias condemnatus a non suo iudice, nihil potest timere, & ad finem ex Bald Innocent. & alijs, addit, quod contumax non prorogat iurisdictionem iudicis citantis, Carroc. de exceptione contra sententia except. 22. quest. 23. num. 4. & 5. Giurba consil. 48 num. 12. & consil. 95. num. 7. & n. 10. vbi quod hoc procedit, etiam si deuentum fuerit ad sententiam contra contumacem, Farinat. consil. 85. num. 104 lib. 1. Vnde dubitari non potest de defectu iurisdictionis Reipublicæ Lucæ, per supra allegata fundamenta.

42 Septimo, ut D. Fisci aduocatus posset se iuuari dicta Lucæ sententia ea forma, & qualitate qua se in hac causa introduxit, videlicet eam exequendo, erant necessarie literæ requisitorie Reipublicæ Lucæ, Cin in l. vnica, C. de confes. quest. 10. Paul. in l. à Diuo Pio, § sententiam Rome, ff de reiudicat. num. 2. & 5. Asin. in prax. cin. §. 31. cap. 9. & 10.

43 Et in terminis in sententia contumaciali, quod in alio territorio, non possit exequi, si ne prædictis literis, Farinat. quest. 11. num. 61. verific. Limita rursum, vbi quod iudex debet inspicere delictum, processum, & acta, & non debet credere simplici sententiæ, Guacin. de defens. reor. defensione 1. capit. 16. num. 8. & 9. pag. 76. vbi quod sententia latè in alio territorio, non exequuntur ad petitionem iudicium, qui illas tulerunt, nisi cum cognitione caute, & viso quod sint ritè latè, & a iudicibus competentibus, & precedentibus legitimis probationibus, & quod ad id videndi sunt processus, ut cognosci possit de validitate, & iustitia condemnationis.

44 Et quod facta confessio non probet delictum tradit Foller. in prax. 4. part. 3. partis princip. verific. Index num. 38. Giurba consil. 75. num. 36. vbi quod bani sententia delictum non probat.

45 Et ut requisitorie literæ exequantur, debet esse vera delicti probatio, alias autem literæ requisitorie, non debent executioni mā-

dati, ut in terminis probat Barbos. in l. hæres absens, §. Proinde in articulo de for. delict. num. 140. & 141. ibi: Item est aduentendum quod, ut incasibus expressis fiat remissio, oportet delictum vere esse probatum, nec sufficiat probari per contumaciam, ut in specie Gratus consil. 92. num. 25. lib. 2. Gam. decif. 363. Quinimò nec sufficiet probatio per indicia, vel coniecturas, sed plena requiritur probatio per testes, & alias legitimas probationes, Gam. decif. 363. à num. 3. Matull. in addit. ad Capic. decif. 9 num. 12. vbi citat Gammam, faciunt in simili tradita per Auendañ. lib. 1. de exequend mandat. capit. 22. à num. 4. Thesaur. decif. Pedemontan 90. in fine. Quę resolutio hunc punctum decidit in difficultiori calu, nam si plena probatio requiritur, ut deliquens ex uno ad aliud territ. orium mittatur, quanto fortius debet existere probatio, ut priuetur suo patrimonio sicuti a D. Fiscali intenditur, præcipue cum nullę sint literę requisitorię contra prædict. Ioan. Baptist. nec delicti probatio plena, aut semiplena, indicium vè, ut possit torqueri.

46 Nec ostabit si contra hoc opponatur, quod omnes hę exceptiones possent, & deberent allegari in Luceensi Republica, ut reuocetur, & emendetur sententia, sed non ut eius executio a Senatu facienda impediatur, nam reuolans oppositio non est. Primò, nam certi iuriis est, quod contra contumaciam sententiam potest reus postquam incarcerated fuerit, opponere exceptiones, quę procellum, & condemnationem impedian, Chartar. de execut. sentent. cap. 1. num. 258. Farinat. quest. 11. num. 45. & quando exceptio est ob iurisdictionis defectum eam contumax opponere potest, Bald. in l. si quis ex consensu, num. 7. C. de Episcop. Audient. Castrensi. in l. 1. & in l. si quis ex aliena, de iudic. Carroc. except. 22. quest. 23. num. 8. & magis in terminis in tractat. de minor. in delict. excus. quest. 44. ad fin. vbi quod minor licet comparendo impedit executionem contumacie, & banni, & quest. 46. ad finem, quod capto bannito, vel post annum cōpatente, potest opponere exceptionem minoris etatis ad impediendam executionem sententię, & quest. 31. vbi pluribus relatis trudit, quod si minor fuit in poenam ordinariam delicti condemnatus, & sententia sit contra eum lata, poterit postea exceptionem minoris etatis opponere ad poenam minuendam.

47 Quod etiam procedit in sententia cōfiscationis bonorum, quę si est prolata in contumaciam, numquam transit in rem iudicatā, & reus contra eam semper debet audiri, Carpan. ad consil. Mediolan. tom. 3. super capit. omnium, verbo, publicentur, num. 575. Guacin. de consil. bon. conclus. 16. num. 51. pag. 214. Et iuuat quod tradit Farinat. in prax. q. 11. num. 62. verific. Amplia, vbi quod sententia confiscationis in contumaciam non debet exequi.

48 Secundo, nam quando fuissent literæ requisitoriae Licensis Reipublicæ, & fuissent in Senatu præsentatae, & de adimplemento earum ageretur, adhuc cognosci deberet de his exceptionibus, ut tradit Couarru. *in practicar. cap. 10. num. 3. ad finem, & num. 7.* vbi dicit, quod practica est, quod quando in Senatu Regio petitur prouisio, ut literæ requisitoriae adimpleantur, duo prospici debet. Primum, si iudex requirens habeat iurisdictionē. Alterum, si per requisitorias literas petitum, sit iustificatum, *Theaur. lib. 3. questionum forensium, quest. 2. num. 4.* usque ad finem, vbi dicit fuisse in illo Senatu deciſum iudicem requiritum posse cognoscere de nullitate, & in iustitia iudicis requirentis, *D. Valenç. consil. 9. num. 8.*

49 Et in quantum ad nullitatem sententiarum hoc dubitari non potest, ut per Imol. *in Clement. 1. vers. Sed numquid, & ibi Zauarel. n. 6. de re iudicat. Cancer. lib. 2. variar. cap. 15. n. 33.* usque ad 38. Molina de Brachio *Regio lib. 2. cap. 38. num. 23. & sequentib. plenissimè Leon decif. Valentiae 168. part. 2.*

50 Et plus dicit Garcia de benefic. *part. 1. c. 5. num. 553. legendus ex num. 548.* quem refert & sequitur Salgado de Regia protectio. *part. 3. cap. 3. num. 77. & sequent. & part. 4. capit. 7. ex num. 4 & num. 8.* quod iudex executor literarum pensionis potest de exceptionibus provenientibus ex ventre literarum cognoscere, & etiam de extrinsecis subreptionis, & obreptionis, & de extinctione pensionis.

51 Tertio, quando in prædictis aliqua fuisse dubitatio (qua non est) fuit actio ordinaria in hac causa intentata coram D. Doctore Antonio Bonal, vbi petita fuit condemnatio contra prædict. Ioan. Bapt. & fratres, de principali negotio agendo, & quamvis defensor iurisdictionem declinavit, principali respondit: cui satisfecit D. Fiscalis in principali allegando de Genuæ, & Licensis ciuitatis sententijs agendo, vnde quando ex dicta Lucæ sententia exceptio rei iudicata resultasset, in ea fuit D. Fisci procurator præ iudicatus patiendo de iustificatione sententiae agi, *Innocent. in cap. cum dilecta in fin. glossa magna, de rescript. & in cap. fraternitatis, de frigid. & in capit. cum Bertoldus, de re iudicat. Felin. in cap. quoniam contra fal. am, de probatio num. 29. & 30. Gregorius in l. 13. tit. 22. part. 3. gloss. 2. Surd. consil. 160. num. 51. volum. 2. & consil. 360. num. 16. volum. 3. Mohedan. decif. 4. tit. de re iudicat. Cancer. lib. 3. variar. cap. 17. n. 9. Giurba decif. 14. num. 5 Causal. consil. 150. num. 29. & 30. volum. 1.*

52 Et quando in hoc euentu causa decidenda venit, debet pronuntiari sententia super meritis causa non obstante re iudicata, *Innocent. in d. capit. cum dilecta, num. 3. prope fin. versic. Si tamen contra aliquem, de rescriptis, &*

clarior in cap. fraternitatis, num 8. de frigid. quod summe notandum asserit Scipio Rovit. ad pragmat. Neapol. in rubrica de suspensione, & reuocatione gratiarum, num. 59. pag. mihi 466. ex quibus patet Senatum Regium posse, & debere cognoscere de his exceptionibus.

QVINTVM FUNDAMENTVM.

Super doctrina Bart. in l. 1. num. 50. & 51. C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica.

53 Vando Lucæ sententia fuisse pronuntiata contra Ioannem Baptistam Cataneum præsentem, & fuisse mortis poena, & confiscatio bonorum exequuta à Dicta Republica Lucæ, D. Fisci procurator virtute dictæ sententiae bona, quæ in Hispania habebat prædictus Ioan. Bapt. prætendere non poterat. Primo, quia verba dictæ sententiae non sunt confiscationis bonorum absoluta, sed limitata ad prædictam Rempublicam, ut patet, ibi: *Y seyan publicados sus bñenes para la Camara de Luca, in his terminis dicit, Nello de Sancto Geminiano in tractat. de banniis part. 1. secundi temporis, quest. 17. colum. 4. & infra usque ad finem questionis, quod non est certa Bartoli opinio, nam quomodo potest fisco in cuius territorio non fuit prolata sententia, petere bona virtute sententiae pronuntiatæ ab altero fisco diuersæ iurisdictionis? & quomodo virtute sententiae in qua bona fisco Lucæ applicantur, Hispaniæ fiscus petere intendit, ut patet ex Nello, ibi: Ultimum vero membrum dum concludit omnia bona publicari, sed unamquamque ciuitatem habere bona in suo territorio sita, non videtur mihi per omnia verum, aduersitatem, communiter in materia confisicationis apponi solent verba sonantia in Cameram Fiscalem eius qui condemnatur, fide illius cuius officialis est. Quomodo ergo ex hac sententia poterit se fundare ciuitas alias habens Cameram diuersam? non enim poterit extendere verba sententiae ad suum Cameram, tum quia id non dicit sententia, l. quid quid astringende, de verbis obligat. tum quia extendi non potest, l. si patronus testamento, §. si quis cum esset, ff. de operis libertorum, & si dicatur, prædicta locum habent quando simpliciter confiscauit bona, quo casu intelligiur secundum, quod iura volunt, ut in dict. l. libertus, §. penultimo, respondetur, quod alteri per alterum queri non potest, l. stipulatio ista, § alteri, ff. de verborum obligat. &c. Et in illa questione latè defendit Bartoli doctrinam in hac parte fuisse falsam, & contra illam in casus contingentia obtinuisse.*

54 Eandem resolutionem sequitur Augustinus de Arimin, in additionibus ad Angelum de malefic. verb. & eius bona publicamus, sub vers. Quero bona expresse in sententia publicatur pagina m: hi 576. vbi ad literam refert, & sequitur opinio, Nelli contra Bart. eiusdem opinionis fuit

fuit etiam Paul. conf. 319. primum quæ situm, colum. 1. lib. 1. & melius ceteris Peregrin. omnino videndus, de iure fisci lib. 5. tit. 1. num. 138. vers. Sed hic subsistendum est, vbi formaliter hanc sequitur opinionem contra fisum bonorum, vbi non pronuntiata fuit sententia: & haec Peregrini doctrina magni ponderis est, nā frequenter in omnibus questionibus in fisca uorem decidit.

55 Secundò, nam Lucæ sententia est iuxta authent. bona damnatorum, C. de bon. proscript. quatenus filijs legitimam reseruat, & ex dicta authentica constat, derogatas fuissent omnes bonorum confiscationes, nisi pro crimen laesæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ, Alberic. de statut. lib. 3. quest. 18. num. 13. vers. Quidquid ramensit, Clar. §. fin. quest. 78. num. 1. versic. Sed certè, Cauall. cent. 2. casu 137. num. 22. & casu 158. num. 6. ad finem, Menoch. consil. 670. num. 25. lib. 7. Guac. de confiscatione bonorum, conclus. 13. limitat. 3. num. 1. & 2. pag. 81. & limitat. 4. num. 1. & de defens. reorum defens. 8. cap. 1. num. 3. pagin. 468. Farinat. decis. 575. num. 3. & 4. part. 1. in recentior. ad quod sunt in Hispania partita leges, quas refert Azeued. in l. 3. tit. 10. lib. 4. Recop. n. 133. & 134.

56 Ex quo alia exclusio contra Hispaniæ fisum sequitur, nam Lucæ sententia fundatur in homicidio proditorio cōmīssio contra Stephanum, per quod fuit condemnatus in confiscatione bonorum cum legitimatum reseruatione, sed Hispaniæ fiscus illum condemnare prætendit, nō ex homicidio, sed ex indignitate, quam commissam fuisse dicit per mortem illius cui fuerat substitutus, itaque nouam pretendi causam intendit, & per consequens iuuari non potest dicta sententia, l. & an eadem, ff. de except. rei iudic. l. si inter me, & te, eod. tit. Surd. conf. 312. n. 1 & 2. lib. 3.

57 Nec obstat, si replicetur, quod Hispaniæ fiscus non vult iuuari dicta sententia, nisi in vim p̄cambulæ probationis, vt indigni cōdemnatio sequatur contra Ioan. Baptistam & bona sua, nam etiam vt ea nō potest, eo quod cum D. Fisci causa agitata non sit, vt in simili decimus est, nempe in excusione quæ præcedere debet, vt petatur à fideiussore, aut tertio possesso, an sufficiat cum principali debitor, & quod ibi de sua insolventia constet, aut erit necessarium quod citetur tertius possessor, in quo verissima est conclusio, quod non sufficit, quod de tali facto constet per dictum processum, sed quod in eo sit ciratus fideiussor, aut tertius possessor, vt tradit Alexand. in l. is apud quem, C. de edendo num. 15 & post eum Tren. tacing. lib. 2. variar. tit. de probationibus, resol. 1. nu. 2. vers. Cum hec valde fundamenta. Et sic in nostro casu D. Fisci procurator iuuari dicta sententia non potest.

58 Tertiò, nam ex alio capite confiscatio bonorum Lucæ non extenditur ad Hispaniæ

bona, nam ad hoc uti deberet verbis vniuersalibus quæ comprehendent omnia bona, vbi que existentia, vt tradit Carpan. ad statut. Mediolan. tom. 3. §. seu cap. omnium, verbo, Publi. centur. num. 582. & magis in terminis super verbo, Vbi que sita, num. 456. vbi punctualiter inquit quod quando in sententia dicitur, bona Titij publicamus, intelligitur solum de bonis suis intra territorium proferentis sententiam, idem tradit Cauall. cent. 2. casu 138. num. 9. & 10. legendus, ex num. 7. Guac. de confiscat bonorum conclus. 13. limitat. 16. num. 2. pag. mibi 93. & Lucæ sententia, quam intendit D. Fisci exequi, non solum verbis restrictivis vltur, sed bona applicat Camerae Lucæ, & sic illius Senatus animus non fuit quod fisco Hispaniæ aliquid adquireretur.

59 Quartò concurrit, quod cum sit dicta sententia in contumaciam, bona extra territorium non comprehendit, nam condemnatio fuit poena capitalis, quæ exequuta non fuit in persona Ioannis Baptiste, & consequenter potuit sua bona retinere, & alia de novo adquirere, ita dicta sententia solum illum bonis in territorio existentibus priuare potuit, & non alijs, vt tradit Bald. in l. cunctos populos, C. de summa Trinitat. num. 100. & 101. quem refert Claperijs in centur. fiscalis casu 41. quest. vnic. num. 3.

60 Idem in nostris terminis notabiliter tradit Paul. conf. 315. primum quæ situm, num. 3. vers. Dico etiam, lib. 1. quem refert, & sequitur Ponte decis. 23. num. 16. & 17. omnino videndus, Aug. de Arimin. ad Angelum de malef. verbo, Eius bona confiscamus, sub vers. Quæ bona expresse, pag. mibi 578. col. 2. vbi ad literam refert, & sequitur Pauli doctrinam Guid. Pancrat. consil. 115. sub num. 23. vbi idem in effetu tenet, licet non ex fundamentis Pauli Castrensi.

61 Denique quando dicta Lucæ sententia prædictos defecitus non pateretur, adhuc confiscari non poterant Hispaniæ iura Regalia, nā hæc iura Regalia sunt tanquam iura & actiones, vt infra dicetur, & non comprehenduntur in confiscatione bonorum facta in dicta sententia, vt in terminis tradit Farin. in praxi, q. 25. num. 109. vbi quod quando confiscantur bona, non comprehenduntur iura & actiones, quia non possidentur.

62 Præterea in his iuribus, & actionibus forus creditoris debet attendi, vt infra, & sic quando facienda esset confiscatio, hæc Regalia iura fisco Genuæ applicari debebant, & non alijs, vt latè per Alexad. conf. 31. lib. 1. Albens. conf. 17. num. 18.

Ex quibus vndique constat prædictam Lucæ sententiam validam non fuisse, nec posse prædict. Ioann. Baptist. Cataneo præjudicare.

GVENVÆ SENTENTIÆ.

63 Postquam fuit homicidij delictum commissum contra Stephanū, Genuæ Republica processit contra Ioan. Baptist. absensem, & die 30. Decembris 597. fuit condemnatus in exilium à Genuæ territorio per spaciū 40. ann. & ad solutionem 250. scut.

Post publicationem prædictæ sententiae die 26. Ianuarij 598. tutores dicti Ioan. Bapt. illum in Genuæ carceribus exhibuerunt, & die 23. Decembris eiusdem anni 598. fuit lata sententia contra eum præsentem, qua in relegatione per spaciū 8. annorum à iurisdictione Genuæ damnatus fuit, & simul in 90. scutis Camerà applicatis.

64 Quibus sententijs D. Fiscalis iuuari nō potest contra Ioan. Bapt. nec in vim sententiae, vel probationis culpæ dicti homicidij. Primo, nam vt sententia confiscationis bonorum comprehendat sita extra territoriū, verba generalia requiruntur, vt supra, & sic condemnatio 90. scut. non potest ampliari, vt Hispaniæ fiscus illius virtute possit Regalia iura sequestrata adquirere.

65 Secundò, nam peculiarè est debere intelligi sententias strictè, & solum operari quantum verba sonant, l. 1. C. si plur. vna sentent. De cius in l. in eo quod, de regul. iur. Rota apud Fatinat. decif. 332. num. 5. & decif. 440. num. 5. p. 1. in recent. vbi quod verba sententiae sunt stricti iuris, & tantum operantur quantum sonat, Causal. conf. 176. num. 18. lib. 1. & cum bonoru confiscatio sit poena, & semper rei fauor debet attendi, certissimum est verba sententiae debere esse clara, vt comprehendat confiscationem bonorum, Dec. conf. 445. in casu ad me transmissio, num 67. vbi quod sententia confiscationis bonoru est valde stricti iuris, & quidquid expressum non reperitur, omnino omissum videtur, Roland. conf. 29. num. 16. libr. 3. Carpan. ad statut. Mediol. tom. 3. in cap. omnī, super verbo, Publicetur, n. 573. & 574. Gratia. tom. 5. cap. 823. nu. 21. usque ad 24. vbi quod sententia condemnans ad damna, & expensas, non comprehendit poenam quæ ex delicto consequitur.

66 Tertiò, quia tantum abest quod dicta Genuæ sententia sit contra Ioannem Baptist. quod contrarium intelligimus, scilicet, quod ei fauorabilis sit, & per eam contra fiscum convincitur, prædict. Ioan. Bapt. non commisso homicidium, vt probatur in l. et si severior, & in l. si Posidonum, C. ex quibus causis infam. irrogetur, vbi quod condemnatus in poena extraordinaria propter delictum, infamiam non incurrit, Bart. in l. et si severior, in 2. lectura, in vers. Circa quod dicas, ex cuius distinctione colligitur, quod quando cum causa cognitione iudex condemnat in minori poena, ea quæ est imposita propter delictum, videtur su-

per infamia transactum, idem melius dixit ibi Bald. numer. 22. vers. Quarta digressio est, vbi quod quando causa cognita poena est minorata, ibi plenè purgatur delictum per minorem poenam, & ideo purgatur infamia, Salicet. ibid. num. 8. vbi in omnibus sequitur Bart. distinctionem, Bart. in l. x. ff. ad Turpilianum num. 9. vbi in effectu eandem sequitur distinctionem, Gam. de cis. 139. dubitatum fait in processu, num. 6. ad fin. vbi in pulchro casu resolutum, quod condemnatus in poena extraordinaria propter famosum libellum, non incurrit infamiam, eleganter Rouit. ad pragm. 3. de militibus nu. 3. usque ad 34. Decian. respons. 34. nu. 30. lib. 4. vbi quod sententia condemnans in poenam extraordinariam non infamat.

67 Quibus etiam adstipulatur, quod tradit Follet. in prax crimin. 4. part. 3. partis princip. verbo, Index, num. 40. vbi quod facta confessio non extenditur, vt possit pro ea sequi condemnatio ad partis interest, Causal. cent. 1. casu 82. numer. 15. vbi neruose defendit indiciatum de aliquo delicto non posse condemnari in poena ordinariam, damni recompensatiā in accusatoris fauorem, nam probationis defectus, vt aliquis in poena ordinaria delicti non condemnatur, excusat à restitutione bonorum, & similiter à damnis quæ illius virtute proueniunt, idem tradit Scacc. de re iudicat. gl. 14. q. 19. nn. 64. & 66. pag. 543.

68 Ex quibus ad confiscationis casum, est certum, quod quando non est plena probatio, nisi indicia, quæ obligent vt reus in poena extraordinaria condemnetur, non potest imponi poena confiscationis bonorum, Baiard. ad Clar. quæst. 85. num. 40. Gizzarell. decif. 13. per tot. vbi quod poena confiscationis non habet locum, nisi pro delicto veniat imponenda pena mortis, Sforc. conf. 72. num. 38. vbi quod confiscatio non inducitur, nisi de delicto constet per legitimas probationes, refert, & sequitur Petegrin. de iure fisci lib. 5. tit. 1. de public. bonor. num. 23. post medium, Rouit. in rubr. de sent. for. iudicat. num. 36. vbi quod id procedit, etiam si sint indicia sufficientia ad torturam, nā adhuc non potest confiscatio indici, Guac. de confiscat. bon. concl. 13. limitat. 7. num. 2. pagin. 83. vbi idem dicit, Giurb. conf. 58. n. 8. & 9.

69 Quartò, nam ex prædictis infertur ad punctum dictæ Genuæ sententiae, quod si in ea declararetur dictum Ioan. Bapt. commississe homicidij delictum, & fuisse indignum, non addita bonorum confiscatione, Genuæ fiscus non poterat, nec quilibet alias ea prætendere, quia sententia bona non adjudicat, vt dicit Innoc. in cap. qualiter, & quando, el 2. num. 10. de accusat. vbi quod beneficiatus condemnatus pro delicto pro quo esset priuandus beneficio, non est priuatus, nisi expreſſe dicatur in sententia, & cum Innoc. concordant plures DD. citati per Garc. de benef. part. 11. cap. 3. nn. 98.

98 Salgad de Regia prole p. 4. c. 9. ex num. 66.
Et seqq. pag. 409.

Et magis in terminis, idem tradit Nell. de bannit in l. part. secundum temporis, questi. i. l. ad finem, ibi: Si vero bannitus ex causa propter quam bona de iure aufercebantur, & tunc illa perdit per eadem rationem. Quod est verum si illud in sententia banni exprimitur, alias non sunt enim nisi eti iuris, & ideo non extenduntur banna, l. quidquid ad stringend. e. de verbis obligat. l. si patronus testament. s. si quis cum esset, de bo. libert. ita firmat Bald. in l. Gallus, s. & quid si tantum, s. de liber. & posthum. & in cap. 1. de pace tenenda collat. 10. & ita etiam consultum fuit, & obseruatum in hacciusitate in magnis causis, propter quod ordinatum est, quod Rectores bannientes, & condemnantes, debeant sub pena expressè confiscare bona, perdunt ergo banniti bona, si in bannis eorum sit mentio, alias non, Mastrill. de magistris lib. 3. cap. 10. n. 406.

70 Idem tenet Tiber. Decian. cons. 56. n. 66. vol. 2. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. de public. honor. num. 23. Et 48. Routit. ad pragm. de sentent for. iudicat. num. 23. pag. 489. Et melius in prag. 3 de milit. ex num. 20. & ex num. 31. Et. vbi latè probat in terminis pragmaticarum Neapolis per quas Capitanei in suo officio delinquentes puniuntur poena priuationis illius preter alias, quod si procederetur contra Capitaneum per delictum in quo fuisset condemnatus in aliqua poena, non addita priuationis, in eam non incurriteret, quia in sententia expressa non erat, & sic quamvis Ioan. Bapt. Catan. in maiori poena fuisset damnatus quam 9j. scut. sicuti indignus, & non in poena ordinaria, non possunt virtute dictæ sententiae bona confiscari.

71 Nec contra hoc obstabunt dicta in contrarium, scilicet, quod indigni poena non resultat ex sententia, sed ex ipso facto delicti, & sic quilibet sufficit condemnatione, ex doctrin. Bald. in l. si quis non dicam rapere, C. de Epif. Et Cleric. n. 9. Surd. decisi. 180. n. 9.

72 Cui primo satisfit, nam Bald. non loquitur in his terminis, sed in poenis impositis ipso iure, nam postquam facta est declaratio commissi delicti, lex pena exequitur, & Surd. dicit. decisi 280. num. 9. est in favorem Ioan. Baptist. vt patet num. 8. vbi distinguit quando agitur de effectu, qui non oritur immediate ex ipsa sententia, vt est indignitas in eo qui patrem vel fratrem occidit, vel aliud quid commisit: & quando effectus producitur ex delicto ipso, vel ex ipsa sententia. Quando enim agitur ex condemnatione, tunc ius ex sententia adquiritur cuicunque ideo quilibet opponit, sed quod ius oritur extra sententiam ex delicto, id est, ex facto delinquentis non autem iudicis, tunc aliud est, & ad hanc distinctionem allegat Bald. in l. hereditas, C. de his quibus ut indigni. vers. Non obstat, iuxta quod delictum, non est quod facit, quod ius tertio adquiratur, sed sen-

tentia, & n. 9. hoc latè prosequitur, ibi: Quine mo videtur, quondam est sententia non sit lata, tamē, effectus qui sequitur ex pena delicti, prodest teratio, si tamen pena imponitur ipso iure, itaque est necessarium ut delictum ius tertio tribuat, quod ipso iure pena imponatur.

73 Et vi hæc materia comprehendatur, debet aduerti Angel. distinctione in l. 1. s. qui eam finem, s. de his qui norantur infamia, num. 1. vbi: Quod quidam sunt, qui infamantur ipso facto, & contra illos degenerat Canon, seu lex latè sententia, eo quod non est alia iudicis necessaria sententia, vt dicit glossa in l. amissione, s. qui deficiunt de capitib. diminut. & illud contingit ubi lex notat ipsum factum, vt in l. Palam, s. que in adulterio, infra de ritu nuptiar. & exempla habes hic, & in l. sequenti, quidam autem solū infamantur per sententiam exempla habes supra in eadem l. 1. s. qui in iudicio. Quidam autem, nec ipso facto, nec per sententiam, nec genere poena, ut infra codem, l. i. ictus fustium.

Eandem distinctionem amplectitur Bartul. in l. 1. ff. de his qui norantur infamia, num. 3. vbi: quod quando infamia resoluta ipso iure, absq; ministerio iudicis, tunc idem est dicere, ipso iure, vel ipso facto, & num. 4. addit quod quando infamia non interrogatur ipso facto, per legem, nisi super factum sequatur sententia iudicis, vt in 2. part. illius legis, quod apparat, quia lex non nō facit, sed condamnationem factam super factum, vel vi proprius loquar, super accusatione, vel actione, quæ ritur ex ipso facto, Bald. in eadem l. 1. vbi notat quod infamia iuri est duplex, una, quæ interrogatur ex genere facti ipso facto, & hæc appellatur secundum cum infamia iuris, & de iure, eo quod non est opus iudicis ministerio, & hoc est ubique cumque lex factum norat, quia tunc ex ipso facto pronuntiat, vt in l. Palam, s. fin. de ritu nupt. & subdit etiam, quod hic potest iudicii Canon latè sententia. Quædam vero est infamia iuris, dicit Bald., quæ imponitur per sententiam latè causa cognita à iudice, & tunc procedit text. in l. Athletas, s. calumnior, eod. tit. quia in calumniatore lex considerat sententiam, nō factum, Paul. in dict. l. 1. in princip. & in dict. l. Athletas, s. calumnior, s. de his qui notat infam. vbi idem sequitur.

74 Iuvat etiam alia Bart. pulchra distinctione in l. Imperator 43. in princip. & num. 1. de iure fisci, vbi quod quando delinquitur circa rem, tunc dominium rei ipso iure adquiritur fisco, vt in l. commissa ff de public. & rechigal. l. 1. s. in bonis, de iure fisci, & quando non delinquitur circa rem, sed alias, vt committendo hominem, vel crimen læsæ Majestatis, vel hæsis, tunc est necessaria sententia super criminis, vt bona publicentur.

75 Nunc restat videre, an indigni bona adquirantur fisco ipso iure, vel requiratur iudicis sententia, & nullus reperitur textus qui afferat.

bona fisco ipso iure, vel ipso facto adquiri, nisi quod fiscus auferat bona ab indigno, ut in l. *Lucius*, de iur. fisc. & in l. cum ratio, § fin. de boni damator. & in l. 1. & toto titul. C. de his quibus ut indignis, & sic necessaria est sententia condemnatoria super delicto, & confiscatione, & interim est reus bonorum Dominus, ut est glossa notabilis in l. his consequenter, §. 1. familiæ exercitandæ, quam ibi notabilem appellat Bart. Florian num. 5. Bald. in l. hereditas, C. de his quibus ut indignis, num. 7. & in l. codicillis, §. matre, ff. de legat. 2. Bart. in l. 1. in fine, C. de his quibus ut indig. vbi dixit ab indigno bona auferri, & fisco vel alteri offendo applicari, mediante sententia & condemnatione, Peralta. in l. si Titio, de legat. 2. num. 12. pag. 93. & plures alij relati à Petr. Surd. decif. 280. num. 3. Plaça de delictis cap. 32 num. 42. pagin. 206. Et reta cons. 50. numer. 4. Paschal. de patria potestate, part. 4. cap. 8. num. 8.

76 Iuxta quod, argumentum inuitabile contra si cum inferri potest, nam aut intendit bona virtute sententiae, aut delicti: si virtute sententiae, non potest, quia ea ei non applicat: si virtute delicti, nec etiam ea intendere potest: tum quia sententia quæ poenam ordinariam non imponit, probat commissum non fuisse delictum ut supra: tum quia noua causa, aut processus formari non potest contra dictum Ioan. Baptist ex defectu iurisdictionis.

77 Quibus etiam conuenit, quod quando indigni poena ipso iure incurteretur, ut fiscus bona petere posset, non debebat sententia cōdemnatoria pronuntiari in poena extraordinaria, sed quod commiserat prædict. Ioan. Baptist. indigni delictum, & tunc lex exequitione faceret, ut tradit Rouit. in pragmat. 3. de militibus. num. 44. ibi: *Nam hoc est verum quando index simpliciter declarat aliquem commississe talis delictum; tunc enim licet non progradatur ultra, intelligitur imposta poena a iure statuta pro eo delicto, prout sic est textus ad literam in l. fine te, vbi Bart. C. ex quib. caus. infam. inrogetur, & declarat ibi Bald. in l. si quis non dicam rapere, n. 9. vers. Et nota, quod in tali genere poenarum, C. de Episcop. & Cleric. at quando iudex non declarat commississe delictum reum, licet imponat aliquam poenam pro delicto, de quo inquiritur, statum est poena ab eo expressæ in sententia, nec alia est subintelligenda per prædicta, ex quo intelligitur Bald. doctrin. in d. l. si quis non dicam rapere, quæ in contrarium opponitur, idem probat Salgad. in tract. de Regia protectione, p. 4. c. 9. nu. 69. & 70. vbi quod in delictis, in quibus non incurritur poena ipso iure, sed per sententiam, non sufficit declaratio super delicto, nisi & addatur part. 4. cap. 8. num. 8.*

76 Iuxta quod, argumentum inuitabile contra si cum inferri potest, nam aut intendit bona virtute sententiae, aut delicti: si virtute sententiae, non potest, quia ea ei non applicat: si virtute delicti, nec etiam ea intendere potest: tum quia sententia quæ poenam ordinariam non imponit, probat commissum non fuisse delictum, ut supra, cum iuria non cursa extinguitur.

quod omnia iura mundi poenam aliquam ipso inv. re imponentia debent intelligi sequuta sententia declaratoria super factum, sequitur ibi lal. n. 26. & cum alijs, Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 8. vbi quod interimante declaratoriam reus quoad statum personæ, bonorum & iuridicis remanet in sua integritate, idem Peregr. cons. 82. n. 29. lib. 6. Carpan. ad statut. Mediolan. tom. 3. super §. seu cap. omnium, ex n. 632. pag. 145. Gaton. super eod. cap. ex n. 87. pag. 141. & quod delictum est dubium, certissimum est sententiam declaratoriam requiri, Camil. de Medicis cons. 46. num. 16 & seqq.

79 Nec obstabit, si iterum replicetur, quod quando ex dicta sententia Genuæ non resulteret homicidij probatio, ad minus convictus est loānes Baptista culpā in dicto homicidio cōmis- sisse, quod sufficit, ut indignus iudicetur ex l. 1. C. de his quibus ut indignis.

Cui satisfit, quod hæc oppositio, est contra conclusiones propositas, quod poena extraordinaria conuinicit delictū non fuisse cōmissum.

80 Minus obstat, l. 1. C. de his quibus ut indignis, quæ citatur ad hæc conclusionem, nam illic non loquitur de illo qui culpam in morte testatoris habuit, sed de illo qui vindictam assūmere non intendit, & indignitas, quæ hoc modo incurritur, non est in prædicta, nec minores comprehendit.

Et cum textus disponant occidentem esse indignum, præcise requiritur quod mors sequatur, & non sufficiat testatorem vulnerare, ut per Bald. in l. hereditas, n. 7. ad finem, C. de his quibus ut indignis, quem refert, & sequitur Gregor in l. 13. titul. 7. part. 6. gloss. 12. Guacin. de confiscat. bonor. concl. 13. ampliat. 6. num. 48. pagin. 29. & cum hec materia poenalis sit, solum indigni sunt, quos lex pro talibus iudicat, & non alij, nulla facta extensione ex identitate rationis, ut per Guac. dict. ampliat. 6. numer. 32. pagin. 27.

81 Quinimo, quando foisset certum culpatum in morte testatoris esse indignum quāvis eum non oceidat, adhuc ex sententia Genuensi nulla culpa contra Ioan. Baptist. resultat, quia eum occidisse diceretur, si mortem ei cum effectu intulisset, & in necesse culparum esset, si auxilium præstisset, aut alio modo cooperaretur cum occisore. Etsi aliquid ex his probaretur per testes, qui hoc vidisse affirmarent, dici poterat prædictum Ioannem Baptistam, Stephanum occidisse, aut reum in eius morte fuisse, at vero in processu Genuæ, indicia, & conjecturæ tantum probari debuerunt, & sic in poena extraordinaria fuit damnatus, quæ indicia non sufficiunt ad bonorum confis-

Cui satisfit, quod hæc oppositio, est contra conclusiones propositas, quod poena extraordinaria conuinicit delictū non fuisse cōmissum.

80 Minus obstat, l. 1. C. de his quibus ut indignis, quæ citatur ad hæc conclusionem, nam illic non loquitur de illo qui culpam in morte testatoris habuit, sed de illo qui vindictam assūmere non intendit, & indignitas, quæ hoc modo incurritur, non est in prædicta.

ter, & sed an in familia, ff. famil. exercitand. n. 2. vbi quod suspectus de morte testatoris, non reputatur indignus, l. indignum, ff. de his quib. ut indig. vbi requiritur manifestissime cōsūctum esse de culpa, latè Farin. cons. 225. n. 20. lib. 3. vbi de indicio culpe, & n. 5. & 6. vbi de scientia homicidium contra patrem, quod non tenetur poena indigni.

82 Denique non obstat contra hoc opponere, quod cum sint Lucæ, & Genuæ diuersa dominia, & subiecta diuersis Principibus potuit cognosci in vitroque territorio, & condēnari Ioannes Baptista in diuersis poenais ex Iulio Claro quæst. 57. num. 12. & 13. nam opinio contraria certior est, quod punitus in loco originis, non potest molestari in loco delicti commissi, cap. de his, de accusat. l. licet in fine ff. nau. 1. & cap. Farin. in præxi. rom. 1. quæst. 7. num. 26. vers. Sed tertia, & verior est opinio, & cum alii Guac. de defens. reor. defens. 1. cap. 14. num. 14. vers. Farinac. autem, quod premaximè procedit, quando reus condemnatus, in præsentia soluit condemnationem (ut in hoc cau fecit Ioannes Baptista) nam in sententia subetur, quod non excarceretur quoisque condemnationem soluat. Bartol. in l. sepulchri violati, ubi num 6. vers. Circā secundum ff. de sepulchrav. lat. Guac. dict. defens. 1. cap. 17. num. 64. legendas ex num. 60.

83 Sed hæc disputatio in hac causa necessaria non est, nam Lucæ Respublica iurisdictionem non habuit ad cognoscendum de ea, quia delictum constat fuisse commissum in territorio Ducis Etruriæ, & non Lucæ ut supra, itaq; hæc competentia est inter Lucam & Genuam, & non cum Hispania fisco, qui iurisdictionem non habuit ad cognoscendum super delicto Ioannis Baptiste.

84 Nec obstat, si replicetur prædictum Ioannem Baptistam fuisse damnatum. Genuæ in minori poena quam delictum merebatur: nam ad hoc obstant animadversæ considerations, quia ridiculum est contra minorem poenam exclamare, cum non constet ex processu de culpa, immo potius sit certum nullum fuisse.

Ex quibus manifestè conuincitur Hispaniæ fiscum non posse fundari ad hanc causam in prædictis sententijs. Quod absque prædictis sententijs non potest. Hispaniæ fiscus procedere contra Ioannem Baptistam ad confisicationem iurium Regalium, vulgo, juros.

85 Errum est Lucæ & Genuæ sententias non comprehendere Hispaniæ bona, ut late probatum est, hoc supposito, causa quæ in Senatu disputatur, solum dirigitur ad confisicationem, quæ de novo petitur virtute commissi delicti, quod Ioanni Baptiste imputatur,

quod fieri non potest, nam ad hoc est necessarium prædictum Ioannem Baptistam sortitum fuisse forum in his Castella Regnis ex aliqua causa, non obstante, quod in eis prædicta iura Regalia habeat, vt post Nell. & Bos trudit Farinat. in præxi, quæst. 25. num. 101 ad finem, Cauall. cas. 138. num. 7. idem trudit Asin. in præxi, q. 31. cap. 10. pag. 360. vbi quod quando actio in factum ex re iudicata intentatur, potest fieri in loco bonorum si ibi reus forum sortiatur.

86 Et ad hanc causam utiles non sunt processus, & acta fulminata Lucæ & Genuæ, quando in eis ad esset plenissima delicti probatio, vt tradit Rouit. in prag. 1. de bonis proditorum, n. 12. ibi: Et ex doctrina And. ibi, Nota unum perpetuo, quod ut iudex rei sit e possit confiscare bona subditi sui pro delicto per eum commisso extrahiam iurisdictionem, non sufficiunt probatores de delicto factæ coram iudice loci delicti, sed debet probari delictum coram ipso iudice loci rei, qui vult confiscare, ita Andreas ibidem, n. 46. in fine, iuncta emendatione Leparuli ibi, & sic quando esset iurisdictionis contra dictum Ioannem Baptistam, nulla existente delicti probatione, frustra agitut de cōfiscatione bonorum illius prætextu.

87 Et quod non sortitus sit Ioann. Baptistæ forum in Hispania, nec incola, nec domiciliarius huius iurisdictionis sit, patet, & à D. Fiscalis recognoscitur, nam quando hæc causa fuit incepta, erat in Genuæ ciuitate, & sic ei fuit creatus defensor, qui propter in Hispania contra illum procedi non potest, quantum hic repetiretur, quia exter est, & commissum erat in alio territorio delictum, Oldrald. consil. 124. Angel. consil. 27. Eulgol. consil. 59 dub. 1. Bellug. in speculo Principis, rubric. 23. q. 5. feias, sub n. 2. Farin. quæst. 7. num. 30. Barboli in l. heres absens, q. proinde in articulo de foro delicti, num. 49. 53. & seqq. & sic causa in favorem Ioan. Baptisti fuit decisa.

88 Nec obstat primum, opponete prædictum Ioannem Baptistam habere hæc iura Regalia in Hispania, & cum hæc causa sit super actione teali forum sortiri ratione dictorum bonorum.

89 Qui primò satisfit, quod forus, qui sortitur ratione rei sitæ, procedit si ibi reus inueniatur, & sic intelligit legem fin. C. vbi in rebus actione, Paul. de Casti. ibi num. 2. Bald. in cap. dilectus, num. 3. & in cap. hominilli, num. 14 de rescript. Franch. decis. 177. n. 3. & 4. Cephal. consil. 263. n. 9. lib. 2. Surd. consil. 168. n. 54. lib. 2. Trenacing. lib. 2. var. tit. de actione, resolut. 4. n. 6. Barboli in l. heres absens, q. proinde, in art. defuso rei sitæ, n. 16. fol. 232. in modis inveniatur.

90 Et idem procedit in actione personale in rem scripta, Bald. in dict. cap. dilectus de rescript. num. 6. & hoc est regalare in quocumque foro quem quis sortitur ex aliqua causa præter foro domicili, quia procedit, si reus ibi inueniatur,

tur, ut notabiliter tradit Paul. in l. 2. §. legatis, num. 3. de iudicij, & consil. 413. visto dict. casu. 4. col. 2. illius numer. lib. 2. Gregor. in l. 320. tit. 2. part. 3. glos. 5.

91. Secundo, quod ad materiam confisca-
tionis bonorum, est certum, forum non sorti-
ri, ex eo quod quis habeat bona in territorio
confiscantis, ut in terminis tradit Innocenc.
in cap. postulasti de foro competet his verbis: Si au-
tem aliquis habet possessionem in iurisdictione
alicuius domini, ipse per se non potest facere vin-
dictam, etiam in possessiones quas habet in suo de-
strictu, sed iudicem, ubi habet domicilium, adire
debet, sequitur ibi Anton. Abb. & Felin. com-
probant pulchre Nat. consil. 158 num. 2. lib. 1. qui
iddicit procedere etiam extante consuetudi-
ne, quam dicit non valere, quia esset temeraria,
& irrationabilis contra omnia iura, tam cano-
nica, quam in ciuilia, quod aliquis possit non sub-
ditum coercere, & quod nulla consuetudo co-
pulsualigat fore sem, nisi mediante eius facto
vel delicto intra territorium commisso, sequi-
tur Beritacol. consil. 443. num. 3. versic. Et pro-
cedit, cum numeris seqq. lib. 2. in criminalibus,
Barbos in l. heres absens, §. proinde, articulo de
foro delicti, num. 51. & 52. Cauall. casu. 3. &
casu. 138. num. 8.

92. Tertio, ex dictis inferitur, quod bona
quae intra territorium habet Ioann. Baptist. de
quorum confiscazione agitur, sunt iura Rega-
lia super redditibus Regijs: quae proprie, nec
bona mobilia, nec immobilia sunt, sed iura &
actiones, & nomina debitorum, ut probat Abi-
bat. in cap. nonnulli, num. 10. de rebus Ecclesiæ,
& cum Socin. Alexand. Tiraq. de retrachligi-
tugier. §. 1. glos. 6. num. 3. Micer. de maiorat. l. pa-
quest. 40. num. 13. Gutierr. lib. 2. pract. quest.
46. num. 3. & lib. 3. quest. 83. numer. 7. Et si Matienç. in l. 7. cit. 11. lib. 5. Recopil. glos. l. m.
22. & 23. & ibi Azeued. num. 12. Rodrig. de
ann. reddit. lib. 1. quest. 3. num. 8. Ludouic. Cenc. I
decensib. part. 1. cap. 3. quest. 1. art. 2. num. 27.
& 28. & seqq. pag. 47. Vbi quod census pro-
prie non sunt bona immobilia, opinie Rot-
in quadam decisione, ad literam relata per Grati-
tan. tom. 1. cap. 29. sub num. 6. vbi à num. 21 d
prædicta conclusio probatur, & civati DD respondent Clementin. ex iude paradiſa, versic.
Cumque anni redditus, de ierbis significat: &
alijs iuribus, quæ in contrarij solent allega-
ri, ad idem faciunt Rodrig. dict. quest. 3. num. 8. &
& 9. Felician. decensib. tom. 2. lib. 1. cap. 1. num.
l. 2. & 3. 1. 4. & 8. fol. 103. 110. 112. 5. dil. e. n. &
93. Et cum hæc iura Regalia sint tanquam
nomina debitorum, debent indicari iuri bona
fori & domiciliu Ioannis Baptiste, & non sicut
Hispaniae bona, ut in terminis probat Salicet.
in l. 1. num. 14. versic. Si autem esse iura &
actiones, & de summi Trinitate, quem sequuntur
Marian. Socin. consil. 36. num. 6. lib. 1. inter consil.
Socin. sen. Alexander. consil. 16. num. 6. vers. Ita in

terminis, & consil. 31. num. 5. cum seqq. lib. 1. &
consil. 141. num. 21. lib. 7. Titaquel. de primogeniis, quest. 49. num. 5. ubi num. fin. sequitur Sa-
licet. Beroi. quest. 109. num. 1. 2. 3. & 4. Hon-
dred consil. 13. num. 20. lib. 1. Mand. Albens. consil.
23. num. 8. lib. 1. Morotio consil. 53. num. 17. Ga-
leaco Malbasia consil. 123. a num. 9. lib. 1. ubi in
quodam originario Laudensi, qui constituit do-
micilium Cremonæ, & ibi defunctus est, ait, atten-
denda esse statuta Cremonia quoad successio-
nem in nominibus debitorum alibi existen-
ti, Molf. ad consuet. Neapol. tom. 1. part. 2.
tit. de bonis, quest. 11. num. 2. & tom. 2. in ad-
dit. ad dict. quest. 11. ubi dicunt iura & actiones
esse de foro creditoris.

94. Et in censibus hoc individualiter dixit
Tiraq. de primogeniis, quest. 49. nu. 10. Rota
per Gratian. dict. cap. 29. a num. 29. & in aliqui
bus ex Regalibus iuribus, quæ reliquit Baltasar
Cataneus ad eis clausula quod reparentur pro-
ut bona fori possessoris.

95. Denique responderetur, quod actio inten-
tata contra indignum realis non est, sed perso-
nal is, quæ dirigitur contra personam indigni,
quia si non adquirit, nullam fiscus habet actio-
neni, l. cum ratio, §. fin. de bonis. damnator. Fati-
nat. in suis fragm. part. 1. liter. F. vers. Fisco quæ-
do applicetur id quod ab indigno infertur, n. 35.
ergo consequens est attendi debere ad forum
indigni, & non ad te ritorum bonorum.

96. Nec obstat si replicetur prædictum
Ieannem Baptistam posse de hoc delicto in
Hispania alocutum, quia in ea est maior pars bo-
norum, ex l. 2. C. ubi Senatores vel Clarissimi. l.
3. 2. tit. 2. p. 23. l. 2. tit. 24. part. 4. l. 15. cit. 1. part.
7. nam respondeatur. Primo, quod cum sit ne-
cessarium, quodcum Hispania maiorem bonorum
partem habeat, hoc à D. Fisci probatum non
est, cum sit haec qualitas in qua Senatus iurisdi-
cio fundatur, ut supra.

97. Secundo, nam prædicta iura proce-
dunt quando aliquis ex proprio fidei maior
rem bonorum partem in alium locum trans-
fert, & simul in eo habitat, tunc enim contra-
hitur domiciliu, & procedit l. 2. C. ubi Sena-
tores vel Clarissimi, Menoch. de arbitrat. casu
86. num. 13. iuribus & fidelium audip. 1.

98. Tertiò, & quia quando aliquis ex facto
proprio ex uno in alium locum maiorem bo-
norum partem transfert in eo non habitando:
tunc foram non sortitur in bonorum territo-
rii, si liberus, §. sola, ff. ad Municipalem, So-
cin. in cap. fin. sub num. 26. vers. Nam primum
exemplum, de fara competenti, l. Ciues, C de in-
colis, lib. 10. Bald. consil. 393. num. 2. lib. 1. Angel.
consil. 127 sub n. 2. Felin in cap. dilectus, el 2. sub
num. 2. vers. Secundus casus, de rescriptis, Re-
bribus ad constitut. Gallie, tit. de domiciliis electio-
ne in prefatione, num. 18. fol. 708. Beroius consil.
& numer. 27. lib. 2. Ruinus consil. 61. num. 22.
lib. 5. in quo nihil dicitur in sollo tempore habitu.

99 Quartò, nam l. 2. C. ubi Senatus vel Clariſſimi, debet legi copulatiuē, aut ibi maiorem bonorum partem poffident & aſidue conueniantur, & in hunc modum eſt in modernis codicibus, & cum hac lectura transit, glosſa in cap. dilectus 2. de reſcriptis, verbo, Domicilium, Socin. in dict. cap. fin. de foro compet. num. 26. verſicul. Nam primum exemplum, ubi testatur, quod ita habebat in Codice ſuo de litera anti-quissima, & notabilissima, eandem leſtūram ſequitur Aretin. in cap. quod Clericis, num. 4. de foro compet. Barbos. optimè explicans in lib. hec res abſens, § fin. de iudicijs, numer. 115 & que ad num. 123. Guacin. in tract. de defenſione reorū defenſione 1. capit. 26. num. 9. & 11. pag. 142. & 143.

100 Minus obſtant allegatae leges particæ, nam ſunt intelligendæ, ſub hac eadem diſtinctione. Primo, nam regulariter non ſunt cor-rectoriae iuriſ communis, ut per Gregor. in l. 9. tit. 13. part. 6. glos. 3. & deductæ fuerunt ex legibus ſupra relatis, & noua lex quæ agit de antiqua diſpoſitione, debet intelligi cum diſtinctione quam habet lex antiqua de qua agit l. ſed & posteriores, ff. de legibus, glos. in l. ſcien-dum, qui atiſdare cogantur, ubi lateſ. num. 4. Hondeſeus conf. 110. numer. 13. cum ſequenti-bus, lib. 1.

101 Et hic intellectus literaliter probatur in d. l. 32. tit. 3. part. 3. nam cum poſſuſet ſep-timum modum conſtituendi domicilium per decenij habitationem, ſequitur illud bonoru, ibi: La ollana es quando huiuſſe en aquella tre-rra la mayor partida de ſus bienes, maguer no hu-ueſſe hi morado diez años, ergo domicilium illuc aliquod tempuſ habere debet, & ſic dici-tut: Si conuerſatus fuerit quanuis conuerſio-niſit decem annorum, quod illa intelligit Gre-gor. in l. 15. tit. 1. part. 7. glos. 6. ibi: No ta hoc. & addel. 2. C. ubi Senatores, vel Clariſſimi, & glos. in cap. dilectus de reſcriptis, & intelligere cum ibi delinquens reperiatur, ex his quæ dixi in l. 32. tit. 2. p. 3. & vide in glos. fin. Gaudiu-vero, ſub rabr. ubi puniatur delinqnens, intelligit hoc dicens, & notat quod quis dicatur habere domicilium, ubi habet maiorem partem fortuna-rum ſuarum, & larem ſuum. Itaque Gregorius in intelligentia huius materie concurredit cum ceteris Doctoribus.

102 Nec obſtabit opponere, quod Ficus habet remedium poſſessorum contra indignum, ut ei bona auferantur, & remedium peti-tionis hereditatis, nam ex hoc nil ad forum in-fertur, ad quod debet animaduerti. Primo, quod quando indignus hereditatem accepta-vit, & in illius poſſeſſionem fuit miſſus, Ficus nullum remedium poſſessorum habet ad il-lius acceptationem, nam cum ex rei poſſeſſio-ne eſſet poſſessorum remedium illius reſpe-ctu, ita ſimiliter Fisci respectu, ut in terminis tradit Zucard. in d. l. fin. C. de adict. D. Adrian.

num. 263 ad fin. & clariſſ Personalis de adipiſ-cenda poſſeſſione nu. 242. Argelus in ſimiſ tra-efatu quæſtione 10. articul. 8. numer. 131. & 132.

103 Secundò, nam cum alienæ iuriſdičio-nis ſiſ Ioan. Baptiſt. & contra illum ad conſi-cationem bonorum procedi non poſſit, ut ſu-pra, ita etiam contra ipsum de remedio poſſeſſorio agi non debet, caſu quo Fiuſuſiſ ſiſ habeſteret, ut in ſortiori caſu tradit Zucard. in d. l. fin. num. 309. Personalis num. 62. Menoch. remed. 4. num. 484.

104 Tertio, nam eum ſit poſſeſſor Ioann. Baptiſt. contra illum intentari non poṭerat abſque citatione poſſeſſoriū remedium, Bart. in diſt. l. fin. de adict. Dini num. 16. Bald. num. 41. Zucard. num. 115. Menoch. remedio 4. nu-mer. 447. & 627. Achil. de adipiſcend. numer. 244. Peregrin. de fidei commis. art 48 num. 18. & ſequent. Quod etiam procedit quamuis poſſeſſor in iuſtuſ ſit, capite, licet Epifcopus de pre-bend. lib. 6. DD. proximè citati. Valaſc. conſul-tat 191. Castillo lib. 3. cap. 14. num. 170. verſic. Secundus caſu eſt, & in noſtri terminis quan-do conſiſatio bonorum fit ipſo iure, quod declaratio quæ debet p̄aſcedere conſiſatio-nem, debeat fieri parte citata, probat Carpan. ad ſtatuta Mediolanenſ. tom. 3. ſuper cap. om-nium, ſuper verb. & ipſo iure, & facto, nu. 642. pagin. 145. ubi in id citat Socin. Bos. Tiraqueli. & alios, & nouiſſime Marta conſil. 171. num. 21. & 22.

105 Quartò, nam cum ſit Ioann. Baptiſt. reus, & poſſeſſor, debet in ſuo foro conueniri, & non in Hispania, ut tradit in terminis Zu-card. in d. l. fin. num. 315 Menoch. de recip. re-med. 15. num. 119. 120. & 121. Gutierrez lib. 11. Canonicarum cap. 34. num. 32. & 33. & conſil. 48. num. 9. & 10. Marta de iuriſdičion. 4. part. caſu 34. Gralís de effectibus Clericat. effectu 1. num. 976. verſic. Sed tandem & num. 1035. & 1036.

106 Et quamvis DD. loquantur de Clerico qui bona poſſidet, contra quem remedium poſſeſſorū intentatur, eadem ratio militat in poſſeſſore laico, qui alienæ iuriſdičionis eſt, ut tradit Zucard. in d. l. fin. nu. 309 Personalis, & Menoch ſupra citati.

Quibus conuenit quod tradit Rodrig. de a-nuis redditibus lib. 2. quæſt. 9. num. 23. ubi in ſimiſ dicit, quod iudex eſt incompetens ad cognoscendum, quomodo potest citare non ſubditum.

107 Nec obſtabit replicare, quod iam fuit deſenſor creatus Ioanni Baptiſte, cum quo-hæc cauſa incepit aſſuit, nam qui iudex com-petenſ non eſt ad cognoscendum de cauſa, nec ad ſubdiſ citationem faciendam, deſenſorem creare non poṭeſſet, aliás enim omnes iudices poſſent cognoscere contra nō ſubdiros, ſimi-tyentes cautela, Bal. conſil. 173. volum. 2. Rolad.

consil. 48. numer. 17. volum. 1. Iacobus Gallus
consil. 35. Surdus consil. 163. num. 11. 18. & 53.
& sequent. vbi notabiliter dicit, absenti non
 subditio non posse dari curatorem à iudice lo-
 ci rei sitæ in iudicio, seu actione reali mixta,
 seu hypotecaria, & quando Ioannes Baptista
 mandatū ad hanc causam dedit, post eius mor-
 tem, fideicommissarij insisterunt in dicta de-
 clinatoria.

108. Nec denique obstabit, si dicatur hanc
 declinatoriam esse per diuersa decreta repro-
 batam, nam si animaduertitur nulla fuit forma
 lis determinatio, quæ præiudicare possit, & op-
 ponere declinatoriæ, nam decretum iudicis pri-
 mæ instantiæ, quo, non obstante declinatoria
 à defensore proposita prouinciauit se huius
 causæ iudicem fuisse, auctorè fuit nullum. Pri-
 mò, nam declinatoria fuit in Regali iustitiæ Se-
 natu intentata per viam gubernationis, vt pro
 nulla declararetur dicta commissio, & vt talis
 retineretur, & sic ad prædictum iudicem dictæ
 declinatoriæ cognitio non pertinebat, & pe-
 ritio præsentata hoc ipsum supplicauit, & in
 his terminis iudex qui cognoscebat, non est com-
 petens ad pronunciandum, an sua sit iurisdi-
 ctio, vt post alios tradit Ponte *decis. 13. num. 9.*
 Secundò, nam dicta declinatoria vti præiudi-
 ciali articulus, debuit & separatè, & ante om-
 nia determinari, vt per Mastril. *decis. 125. num.*
 6. & hoc patet, nam à declinatoriæ decreto po-
 test appellari, *gloss. in authentic. habita, C. ne si-*
lius pro parre, communiter ab omnibus recep-
 ta, & cum potuerit appellare prout appellauit
 defensor à dicto decreto terminus probatio-
 nis currere non poterat in principali.

110. Quidam pendente declinatoria fori, ni-
 hil potest innouari, Franch. *decis. 294.* Mastril.
decis. 127. num. 2. 3. & 4. vbi quod declinato-
 ria fori, operatur idem quod recusatio, & non
 censetur reiecta per transitum ad ulteriora,
 Butt *in cap. sacer literis, col. 13.* & ibi Imola
col. 6. de rescript & cum alijs Grasis de except.
exceptione 18 num. 15. Rouit. *ad pragmat. 5 de*
ordine iudiciorum, n. 15. 16. & 17.

111. Denique, nec etiam fuit dicta declini-
 toria denegata à Regio decreto, immo potius
 expressè fuerunt exceptiones Ioannis Baptiste
 approbatæ, nam Regis decretum, vt iudices de
 hac causa cognoscerent, vt D. Fiscalis Regius
 eam intentauit, significat quod si solùm agitur
 de apprehensione bonorum Hispaniæ virtute
 sententiarum, possint iudices Regalis Consilij
 cognoscere: ergo cum res iudicata non sit, vt
 probatum est, nil decisum fuit quoad declina-
 toriam.

112. Et huius cause prosequutio fuit ad in-
 quirendum, an adsit res iudicata super confis-
 catione bonorum, & an replicationes contra
 eam factæ essent relevantes, & sic debuit de eis
 cognoscimus cum principali negotio, ex his
 que tradit Molin. *lib. 4. cap. 9. num. 40.* Surdus

consil. 252. n. 9. 10. & 11. lib. 2. Giurba decis. 21.
num. 1. 2. & 3.

113. Et sic reprobata dicta declinatoria in
 vim dilatoriaæ, non manet reprobata in vim
 peremptoriae, Anchæ *conf. 372. n. 3.* Cañallo
conf. 84. n. 12. lib. 1. Mastril. *decis. 148. a n. 33.*
lib. 2. quod procedit quamvis in decretis, qui
 bus decernitur, vt direcione respondeatur, aut
 quod causa prosequatur, non refueretur excep-
 tio ad merita causæ.

114. Adhuc enim censetur reseruata, An-
 chæ *decil. confil. 372. num. 3.* Probus ad Mon-
 ach. *in cap. 1. de litis contestat lib. 6. num. 2.* Ma-
 strillo *decis. 148. num. 36.* quod peculiare est in
 declinatoria exceptione, nam si cum alijs pro-
 ponatur, & causa prosequatur usque ad conclu-
 sionem causæ principalis, adhuc debet super
 declinatoria pronuntiari, ex l. sed eti suscep-
 rit, *ff. de iudicij, & ibi hoc notat Angel. & ca-*
terri Doctores, quam intelligentiam Senatus
 decreta habent, in quibus iubetur quod proba-
 tio sit super deductis, & allegatis à partibus, &
 non a luper culpa, vel innocentia Ioannis Bap-
 tista.

Super re iudicata contra Mariam Magdalena-
m. 1. de Figueroa.

115. **V**ando in propositis fundamentis
 aliqua fuisse dubitatio (quod ne-
 gatur) abique ea remainerent, si attendatur exci-
 cutoria obtentia à Genuæ legato, & Ioanne
 Baptista contra Mariam Magdalenam de Fi-
 gueroa Amitam naturaliæ dicti Stephani Ca-
 tanæ, qua declaratur à Regio iustitiæ Senatu, in
 hoc Regno criminaliter contra Ioannem Bap-
 tistam procedi non posse, cui tei iudicatae
 contrauenit, nam iudicium est criminalis,
 posito quod agitur de applicatione bonorum
 Fisco ratione delicti, quod Ioanni Baptiste
 imputatur, *gloss. in l. 3. ff. de sepulchr. viola-*
to, verbo, Centum aureorum, & ibi Bartul. num.
1. & cum pluribus Farinat. in praxi, tom. 1. quis
tion. 100. num. 10. & num. 51. Franch. *decis.*
162. in fine.

116. Et in terminis, quod iudicium indig-
 nitatis sit criminalis, probat Florianus *in l. his*
consequenter, §. sed an in familia. ff. familie exerci-
cund. anten. 1. sub verb. Non pertinere, vbi p. o
 ratione illius textus adducit, quod iudicium fa-
 milie exercundæ est ciuile, quod non habet
 exceptionem criminis, nam separatum de-
 bet esse separata ratio, Menochi. *de arbitrar. cas.*
265. ex n. 7. cum seq. vbi benè declarat text. *in*
l. Gaius. Se ius cum lauguereceret, ff. ad Sillanian.
ex quo Fiscus remanet exclusus.

117. Secundò, ad hoc sufficeret Genuæ
 sententia, cuius cōdemnatio huic iudicio præ-
 judicat, quamvis ciuile fuisse (quod negatur)
 quia sententia lata in iudicio criminali præju-
 dicat in ciuili, l. Prator edixit, §. 1. de iniur.

Quod

Quod dubitationem non habet, quando ci-
uiliis actio publicam vindictam respicit, tunc
enim indistincte sententia lata in iudicio cri-
minali praedicat in ciuili, ut ex Cyno distin-
guit Bart. in l. 2. §. hoc edicto, num. 3. ff. de vi
bonorum raptorum, Cyn. in l. 1. C. quando ciu-
iliis actio, num. 7. vbi glos. fin. ad finem, Bartul. n.
2. Albertic. num. 1. ad medium, & num. 11. Salicet.
num. 10. Angelus num. 2. Mascard. conclus.
34. nu. 20. & hanc esse communem omnium
decisionem dicit Ponte conf. 49. nu. 1. Farinat.
quest. 4. num. 48. ad finem, & post eos Camil. de
Medices conf. 150. num. 49. & 50. Guacin. de
defens. reorum defension. 35. cap. 25. num. 5. &
6 pag. mihi 174.

118 Et dubitari non potest, quod quando
causa ciuilis fuisset, petere à Ioanne Baptista
bona in quibus ob mortem Stephani successit,
est ob vindictam publicam, & Fisco non pro-
sequitur actionem, quae propriè patrimonialis
sit, siquidem nullum damnum passus est, nec
agit de illius emendatione, non enim datur,
quasi aliquid absit de patrimonio filii, gloss. in
l. pro herede, §. fin. verbo, Continet de adquir. ha-
redit. & sic dicitur agere ad vindictam, ut decla-
rat Bart. in l. Prator edixit, §. si dicatur sub nu.
1. ff. de iniurijs, & pluribus relatis Farinat. dict.
quest. 100. vnde sententia Genuens. omnino
obstat Fisco, etiam si lata fuisset quia non pro-
batum, ut tenent prædicti DD. & Roman. conf.
223. num. 3. quem allegat Alexand. ad Bartul.
in l. 2. §. ex hoc edicto, ff. de vi bonorum raptorū
liter. B. in fine, & probatur in l. Diui fratres ff. de
paenit. Farinat. quest. 4. num. 27. in fine, verific.
E conuerso autem, vbi in id citat Natam, & Ber-
tazot.

119 Tertio, quia quando concederetur bo-
norum petitionem propter indignitatem fa-
se iudicium ciuile, adhuc est certum, quod ut
petantur ab Hispaniæ Fisco necessum erat iu-
dicium, & causam criminalem praecedere su-
per homicidio in quo fundatur indignitas, co-
ram iudice competenti, ut probat l. 1. vbi causa
Fiscales, & ibi Iacob. Butrigar. in summatio,
Salicet. nu. 1. & 2. Paul. num. 3. Bald. in l. 1.
C. si quis aliquem testari prohibuerit num. 9. ibi:
Quero, qualiter practicabitur haec materia? Res-
pondeo. Primo accusabit iste agens punietur cri-
minaliter, & ista sententia habebit effectum pu-
blicandorum bonorum, & confiscationis, ut n̄
modo possit conueniri à Fisco petitione hereditatis,
ut in l. in cognitione ff. ad Sillanianum, ita
intellige hanc legem, idem tradit Salicet. ibi nu.
5. Bart. in l. 1. C. de his quibus ut indignis nu. 5.
ibi: Erit ergo practicahoc modo quia cum heredes
neglexerint accusare occisores, aliis eos accu-
sabiroam Præside Provincie, quibus occisori-
bus condemnatis de homicidio, ista sententia lata
contra homicidas, habebit effectum confiscando-
rum bonorum contra heredes negligentes, intra
quinquenium, vel perpetuo, ut in d. l. in cogni-

tione ff. ad Sillanian. quo facto debebit agi peri-
tione hereditatis contra heredes, in qua habebit
ratio fructuum.

120 Eadem opinio fuit, glos. in d. l. 1. C. de
his quibus ut indignis verb. Inultam, & ibi La-
cob. Butrigar. optimè Angel. num. 2. vers. Mo-
do quero.

121 Eiusdem sententiae est, Bart. in l. in cog-
nitione, ff. ad Sillanian. num. 3. ibi: Quandoque
tractatur de auferendis bonis heredi propter
inultam mortem defuncti, & tunc haec erit pra-
etica, quia primo debent accusari occisores si vi-
uunt, & sententia lata contra eos intra quinque-
nium, habet effectum confiscandorum bonorum
contra heredes, sed cōtra heredes agitur homici-
dis condemnatis, per petitionem hereditatis,
idem Bart. in l. virum 3. ff. si quis aliquem testa-
ri prohibuerit num. 5. ibi: Quero, quomodo pra-
eticiabitur ista materia? Respondeo. Primo accu-
sabitur ille cogens, & punietur criminaliter, &
illa sententia habebit contra eum effectum confis-
cationis bonorum, ut à moda conueniat pro her-
editate, petit, heredit. arg. l. in cognitione supra
titul. 1.

122 Hoc idem tradit gl. in l. 1. ff. de iure fissi-
ci, verb. Recessum, & non simile Scaccia de re
iudicata, gl. 14. q. 19. nu. 26 pag. 538. vbi quod
iudicium criminale ob vim cōmissam in pro-
hibitione testandi facta testatori, est praedicta
le petitioni hereditatis, & ideo prius de cri-
mine cognosci debet.

123 Et in omni materia est regulare, quod
non potest ciuiliter procedi contra crimino-
sum, cui imputatur tale delictum, omisla accu-
satione criminali, l. Prator edixit, §. 1. de in-
iurijs, vbi notat Bart. n. 1 vers. Sed quasvis est, &
ibi Alex. in addit. Albertic. ibi, n. 2. vers. Vel dic-
non debere, Angel. sub nu. 1. & n. 6. in fin. & in l.
quod Senatui num. 3. de iniurijs, Farinat part. 3.
quest. 105 num. 29.

124 Ex quibus ineuitabile contra Fiscom
argumentum fieri potest, quod eligat si ciuili-
ter, vel criminaliter haec causa introducta est, si
criminaliter ob vindictam confiscationem bo-
norum petendo, est executoria, ut Ioannes Bap-
tista Hispaniæ criminaliter non posuit conue-
niti. Si ciuiliter etiam ei obstat ordinis excep-
tio; prius enim debet cognosci de crimine, quā
intentari petitio hereditatis cōtra indignum,
& haec criminalis causa non præcessit, nam
Genuæ lis quæ in tribunali competenti fuit
agitata condemnatoria non est super homici-
dio, sed potius abdutoria, ut supra, & ideo in
Hispania nocturne criminale iudicium intentati
non potuit, nam resistit illi contra Magdalena
de Figueroa res iudicata.

125 Nec contra supradicta obstat si, pri-
mo dicatur, quod quando actio criminalis co-
tra indignum intentari non posset, potest con-
tra eum iudicium petitionis hereditatis, con-
demnatione criminali non præcedente, in-

tentari, ex Alexandro consil. 172. volum. 5. Bessio in praxi titulo de his qui prohibent aliquem testari, num. 3.

126 Nam Alexander loquitur contra tex-tus, & communem Doctorum opinionem, & eodem modo Bessius qui ad finem dict. n. 3. allegat Corneum cons. 209. col. 4. & colum. fin. volum. 2. qui cum Bartolo dicit. Primo necessaria esse criminis cognitionem, quam confiscatio-nis, aut hereditatis petitionis, & sic opinio Ale-xandri non obstat, & nominatum hæc omnia explicat Peregrinus de iure fiscis lib. 2. tit. 6. nu-
mer. 40. vbi ponit practicam Doctorum, & nu-
mer. 41. punctualiter tradit, quod in casu homicidij, non potest Fiscus civiliter procedere pro con-fiscatione bonorum, nisi iudicium criminale præcedat, & in fine dicit, quod Alexand. consilium procedit in causa indigni cogentis testa-torem testari, non in alia specie indignitatis.

127 Nec denique obstat, dicere senten-tias Senatus insinuare, quod de hac causa pos-sit ciuiliter agi, per locum ab speciali, & per ar-gumentum à contrario sensu, nam responde-tut. Primo, hanc causam esse criminalem, ut supra. Secundo sententiam stricti iutis esse, & sic quidquid in ea omittitur censeri omissum, gloss in l. 1. C. si aduersus rem iudicatam, & cum pluribus Salgado de protectione Regia part. 4. capit. 8. numer. 54. pagin. 360. legendus ex nu-
mer. 47.

128 Necessaria non erat huius articuli discepla-nio, presupposito defectu iurisdictionis Re-gij Consilij.

129 Declaratur doctrina Bart. in l. cunctos popu-los, & de summa Trinitate, & Fide Catho-lica, num. 50. & 51.

130 Bona qua est indignus habet in alio territorio, adquiruntur propter indignitatem Fisco territorij domicilij.

131 Roman singulari 476 declaratur.

132 Balthasar Cataneus originarius, & domici-liarius Genuensis fuit.

Domicilium non adquiritur à Genuensibus in curia Hispanie habitatibus, quia ibi causa negotiationis, & in transitu sunt.

133 Filius domicilium, & originem patris re-tinet.

134 Reo sufficit vincere ex non iure ab obris.

135 Aliqua ex Regijs iuribus sequestratis ha-bent clausulam, quod non possint confiscari ex quoque crimine, præter excepta, qua debet obseruari.

136 Annui redditus, qui in Sicilia frequentan-tur, habent similem clausulam.

137 Grauamen contractus, est pars pretij.

138 In reductione annuorum, & Regalium iuriū facta per pragmat. ann. 1621. Rex iurisits voluit recompensari.

139 Fiscus opponit confiscationem non esse, que sit ex causa indignitatis.

140 Ad eum commis delicti homicidij, usque ad principium litis, 21. anni transferunt.

141 Pœna indigni, per quinquenium prescribitur.

142 Quilibet confiscatio contra Fiscum prescribitur lapsu quinquenij.

143 Scientia Fisci non requiritur, ut currat prescriptio.

144 Nec ei datur restitutio contra prescriptio-nem.

145 Reo prodest prescriptio ea non opposita.

146 L in cognitione ad Sillianian intellectus.

147 Fiscus opponit contra prescriptio-nem Bart. doctrin in cons. 119 n. 4. vol. 1.

148 Prescriptio contra Fiscum procedit, etiam data mala fide rei.

149 Declaratur Bart. dict. cons. 119.

150 Proponitur per Fiscum doctrina Gnazini, & Carpani.

151 Pœna indigni non incurrit ipso iure, nisi persententiam.

152 Fiscus opponit prescriptionem contra Fis-cum babere locum in delictis leuibus, non in grauibus.

153 Thesaur. decis. 208. n. 2. & 3. declaratur.

154 Fiscus in hac oppositione sibi concurvius videtur.

155 Farinac q. 10. n. 23. & 24. explicatur.

156 Per lapsum 20. annorum omnia crimina ex-tinguuntur.

157 Per mortem rei, omnia crimina extingun-tur.

158 Fiscus in processu super indignitate, debet indignitatis causam probare.

159 Fiscus Hispania non potest in variis senten-cia Lucensi, cum in ea bona fisco Lucensi, ap-plicata fuit.

160 Cui non nocet sententia, nec acta, nec proba-tiones nocent.

161 Probatio parte non citata facta, non solum no-nocet reo, sed nec etiam actori eam facientis, & num. 162.

163 Referuntur dicta testimonia à Republica Lus-sensi examinato rum.

164 Testis de auditu, nihil probat.

165 Allocutio ad aures non probat tractatum de commissio delicto.

Farinac consil. 219 num. 4 & 5. lib. 3. pon-deratur.

166 Alijs duobus testibus Lucensis probationis respondeatur, & num. 167.

168 Testis in aliquo falsus, in totum reproba-tur.

169 Stephani Catanei homicidium, non potest di-ci difficilis probationis.

170 Ut delictum sit difficilis probationis, re-quiritur, quod nec actu, nec habitu alij testes, quam inhabiles interuenient, nec potuerint interuenire à communiter acci-dentibus.

171 Fuga Ioan. Baptista probata non fuit.

- 172 Fuga indicium operatur, quando sit ante
formatum processum.
- 173 Spontanea & comparatio purgat indicium fugae.
- 174 Fama in criminalibus, ut pro indicio sufficiat, que requirantur, usque ad num. 176.
- 177 Quamvis notorium sit Stephanum fuisse
occisum, non ait enim à Ioanne Baptista.
- 178 Farinac. & Calaplura ad famam probationem
requisita cumulant.
- 179 In causa ardua plenissime, & concludentes
probationes requiruntur.
- 180 Et ex pluribus indicijs, non potest quis in poena
ordinaria condemnari.
- Quodlibet indicium de per se debet plenè
probari.
- 181 Quando poena ordinaria non potest imponi,
nec etiam confiscatio bonorum.
- 182 Minor mitius debet puniri.
- 183 Diuersa sunt, esse quem indignum, vel inca-
pacem, nam indignus bona acquirit, à quo
ea auferit Fiscus propter delictum, incapax
vero ipso iure non succedit, & ita Fiscus ni-
hil inuenit auferendum, & num. 184.
- 185 Ripa & alij DD. pro hac opinione referan-
tur.
- 186 Substitutus interficiens institutum, incapax
est, non indignus.
- 187 Pro hac conclusione plures sunt DD. a boro.
- 188 Pro eadem conclusione alij, etiam DD. citan-
tur.
- 189 Incapax efficitur quis per atrocissimum ho-
mocidium.
- 190 Coheres vel conjunctus excludit Fiscum.
- 191 Filiorum appellatione, nepotes & deseen-
dentes continentur.
- 192 Filijs non obstat delictum patris in substitu-
tionibus.
- 193 Fiscus opponit, data incapacitate Ioan. Bap-
tiste Ficum succedere.
- 194 Molina lib. 1. cap. 9. num. 25. & 26. & lib.
3. cap. 2. num. 31. & 32. num. 195. expli-
catur.

SECVNDVS ARTICVLVS.

Articulus iste necessarius non erat, nā
ex dictis in primo excluditur Tribu-
nalium Hispaniae iurisdictione, & ius quod Rex
intendere potest ex Genua, & Luca senten-
tijs: sed ex abundanti probabitur Ioan. Baptiste.
Cataneum indigni penam non incurrit, nec
ei bona confiscari debere, in quibus successit
per mortem Stephani Cataneo, virtuti testa-
menti Balthasaris Cataneo, qui duci Stephanai
erat pater.

PRIMVM FVNDAMENTVM.
Quod Hispanie Fiscus hanc confiscactionem face-
renon potest, nec ius ad eam habet.

HVius confiscactionis pretensionem
fundat D. Fiscalis in Bartoli decisi-

nain locundos populos, C. de summa Trinitate, &
Fide Catholica num. 30. & 31. de qua supra, &
quando certa fuisset, in indigni poena non pro-
cedit, nam iuxta quandam opinionem Fisco
sui territorij adquiritur, ut notat Bald. & Paul.
in libro quis Presbyter. n. 3. C. de Episcop. & Cleri-
cis. Peregrin. de iure fisci lib. 2. titul. 2. num. 20.
Guacin. de confiscactione bonorum, conclus. 13. in
Ampliatione num. 42. pag. 29. Farinac. in frag-
mentis criminalibus part. 1. titul. F. versio Fiscus,
num. 4. pagin. 177. post tractat de fortis, qui
loquuntur quando Clericus est indignus, ut
bona applicentur Fisco Ecclesiastico, & non
seculari, indigni persona attenta, & non loco
vbi sunt bona sita, idem procedit quando cō-
petentia est inter duas ciuitates diuersarū Pro-
vinciarum in quibus sunt indigni bona, tunc
enim bona adquiruntur ciuitati in qua indignus
habet domicilium, etiam existentia in aliо
territorio, vt in porto tradit Peregrin. de iure
fisci lib. 2. tit. 2. num. 2. Alfaro in tract. de officio
Fiscalis, decisi. 20. n. 290. & 291. legendus ex n.
282. iunctis his quae tradit glos. 34. nū. 180. ad
medium, & n. 181.

Sed secundum aliam opinionem quando
sit confiscaatio propter indignitatem, atten-
ditur ad testatoris personam, & Fisco domiciliij
bona applicantur, iuxta tradita per Romanū
singulari 579. incipit haeres indignus Carpan.
ad novas constit. Mediolan. tit. de iurib. fisci, cap.
omium num. 407. pag. mihi 134.
Et quamvis haec opinio, nec certa, nec
vera sit, quia cum non delinquat testator, nec
fieri indignus potest, nec bona fisco sui domi-
ciliij applicari, vt ita eam nominatim reprobat
Alfar. dict. glos. 20. num. 29. V quando certa
fuisset, ex ea aliquid D. Fisci procurator inten-
dere non poterat, nam Balthasar Cataneo na-
turalis & originarius Genua fuit, & ita suum
domicilium illic constituit, & Hispaniae affi-
xientia fuit ob negotiationis causam, & sem-
per cum animo ad domicilium redeundi, vt
in testamento assertit, & euia fideicommissariis
probatum, & sic residentia quando per lon-
gum tempus fuisset, domicilium in Hispania
constituere non potuit, I. eius, s. Celsius, ff. ad
municipalem, Menoch. de arbitriar. casu 86. num.
2. Gratianus tom. 3. cap. 569. num. 6. vbi quod
ad adquirendum domiciliū requiritur ani-
mus ibi perpetuo manendi, & sic quando al-
quis resideret causa alicuius temporalis exercitij
numquam constituitur domicilium, Menoch.
dict. casu 86. num. 72. Barbosa in lib. haeres absens, s. fin. de iudiciis, num. 103. & 105. & in residen-
teratione alicuius officij, idem Barbosa in d. s.
fin. num. 95. & sequent. & num. 100. & in re-
sidentibus in Curia, Sesse decisi. 9. num. 6. part. II.
& in mercatore Genuensi in hac curia residen-
teratione negotiationis, quod non constituit
domicilium, Barbosa in d. lib. haeres absens, s. fin.
de iudiciis num. 106. & 107. Roland. consil. 79.

num. 51. *lib. 3. Gratianus lib. 3. cap. 569. num. 2. & 7. & per tot. Rota coram Durand. decif. 31. per tot. præcipue num. 11. part. 1. Ferentil ad Burat. decif. 311. num. 7. & 8. qui loquitur in mercatore in urbe residente ratione negotiationis questuarie, quod ex illa domicilium ibi non contraxerit.*

133. Ex abundanti addimus, quod ipse Stephanus Cataneus defunctus, quamvis Hispanie natus, erat à Genua oriundus, quia parris sequebatur originem, *l. filios, C. de municipi, & origin. lib. 10.* quod in Hispania procedit etiā in filiis naturalibus, qui patris conditionem sequuntur, *l. 2. tit. 24. part. 4. præcipue nam iusu patris translatus fuit in Genam, vbi domicilium habuit usque ad mortem, & domicilium praevalit origini, glossa in Clement. 11. verbo, Subditos de foro coper. Decius conf. 352. num. 2.*

134. Iuxta quod, Hispanie Fiseus nullum ad hæc confiscationem ius potest habere, quia nec testator, nec indignus in Hispania forū sortiti sunt, & sufficit reoviñcere ex nō iure actoris, *l. loci corpus, §. competit. ff. si seruitus vendicetur, & non est disputandum de iure possessoris, quando de iure actoris non constat, l. fin. C. de rei vindicat. Bald. int. planè ff. de petit. heredit. vbi dicit, quod ad exceptionem fundandam, attenditur potius defectus agentis, quam iustitia opponentis, l. militis codicillis, §. Veteranus ff. de testam. militis, Farin. decif. 652. num. 2. post medium. part. 2. in recentioribus, vbi quod possessor non tenetur iustificare proprium dominium.*

SECVNDVM FVNDAMENTVM. Ob qualitatem aliquorum Regalium iurium, de quorum confiscatione agitur.

135. Per calculatorum certificationem ab hac parte productam, constat plurima Regalia iura sequestrata habere conditionem, quod non alienentur, nec confiscetur per quodlibet delictum a possidente cōmissione tribus exceptis, & cum ex his non sit delictum quod Ioanni Baptista impunitur, locum confiscatio habere non potest, nec etiam dubitari, Principe posse hoc priuilegium concedere, quia solum de suo agitur præiudicio, & ideo debet obseruari, vt tradit Farinat, *conf. 20. 2. 00. lnum. 3. per totum, Guacin. in tractat. de confisca-
tione honorum, concl. 73. ampliar. 25. num. 5. uia que ad fin. pag. 46.* qui loquuntur de locis Mōtium, quæ ex priuilegijs Suorum Pontificum non possunt confiscari, quod hæc priuilegia debent obseruari, & quod præsumantur esse in viridi obseruancia.

136. Et census Siciliæ constituti juxta for-
matam Ballæ Nicolai, habent simile priuilegium, quod ainiti non possunt per delictum, quod

seruari debet, vt resolutum Petrus Gregor. in tractat. de censibus, quæst. 6. ex num. 66 pagina 152 Nicolaus Intrigiol. in similis tractatu, q. 53. num. 1. fol. 245. & huius causus exemplum Hispaniae proponi potest, in priuilegio à D. Rege concilio contrahentibus nationis Lusitanæ, vt effectus in prædictis contractibus possit confiscari non possint, etiam propter delictum haræcis.

137. Et in Regalibus iuribus prouenientibus à medio generali, est alia præcisa ratio, quod cum Rex soluere debuerit in pecunia de præsenti, soluit negotiatoribus in Regalibus iuribus, & alijs effectibus estimatis ad integrum valorem, qui viginti quinque pro centum minus valebant, itaque hoc priuilegium fuit pretij pars, ad notata in l. fundi parvem, de contrah. emptione, & per cōsequens, illud ex causa onerosa habent, quod reuocari non potest, quia Princeps ligatur suo contractu iuxta vulgaria, & in iniuiduo, ita ponderat Guacin. de confis-
cat. honorum conclus. 13. dict. ampliar. 25. num.
8. pagina 46.

138. Et in iuribus Regalibus, quæ ad rationem quatuordecim constituta erant, & ad rationem viginti per pragmaticam anni 621. reducta, remanerunt cum eadem conditione, quod non possint confiscari, idem procedit, nam Rex æqualem eis facere voluit recompensationem ob damnum acceptum per diminutionem tertiz partis reddituum, vt asservetur in dicta certificatione.

139. Nec obstat, quod contra hoc opponitur à D. Fiscali, scilicet, quod iste non est confiscationis casus, sed quod propter indignitatem Ioan. Baptista Cataneo factus fuit hereditatis incapax, & fiscus in ea successit, nam hoc in peccati delicti procedit, vt supra, taliter quod eo deficiente confiscatio esse nō potest, & alienationis prohibitiō quæ operatur, vt bona cōfiscari non possint, procedit in indigni peccata, vt in terminis probat Ruin. *confil. 129. libr. 2. Roland. conf. 56. lib. 1. Thusch. tom. 6. litera F. conclus. 90. nu. 15.* itaque iuxta hoc fundatum, partium iustitia planissima est in quatuor ad Regalia iura predictam clausulam habentia, & confiscationis prohibitionem, & Ioan. Baptista fidei committit, hanc exceptionem allegarunt contra sententiam iudicis.

TERTIVM FVNDAMENTVM. Ob prescriptionem.

140. VT constat ex processu Republicæ Luca à D. Fiscali in hac causa producto, homicidium Stephani Catanei fuit perpetratum mense Augusti 1597. quod probatum, & articulatum est à Ioanne Baptista, & index primæ instantia virtute sua cōmissionis in hac causa processit anno 618. itaque ex uno ad

ad aliud tempus transacti fuerunt 21. anni, per quod tempus possedit Ioannes Baptista hoc patrimonium, quin aliquis illum perturbasset, ut est probatum.

141 Et computato tempore in quo haec Senatus iurisdictio fuit qualificata, transacti fuerunt 26. anni, & ius auferendi bona ad herede, tanquam ab indigno, per quinquenium prescribitur, l. in cognitione ubi Angel. ff. ad Silianian. Peregrin. de iure fisci lib. 6. tit. 8. num. 37. ubi dicit illum textum procedere in his terminis.

142 Et regulariter ius publicationis bonorum ex quacumque causa prescribitur contra fiscum spatio quinquenii, glossa & Doctores in l. Manicheos, C. de hereticis per textum in l. si quis, C. de Apostatis, ubi glossa, & Bart. gloss. & Doctores in l. 2. C. de rectigalibus, & commis. capit. cum a nobis, ubi Felinus num. 11. de prescript. late Farinat. in praxi tom. 1. quest. 25. n. 163. versic. Si vero sumus extra crimem heresim, quod etiam late explicat nouissime Angelus, Stephanus Garonus ad constitut. Mediolan. tit. de iure fisci, art. 44. num. 5. & 6. pag. 159. Marta nouissime consil. 171. n. 25. & 26. pag. 270.

143 Et ut currat prescriptio, scientia fisci necessaria non est, ut pluribus relatis tradit Farinat. quest. 10. num. 12. & 13. Torniola consil. 84. num. 49. Bucaron. in tractatu de differentiis, differentia 174. num. 4. pag. 339. Barbos. in l. sicut, C. de prescript. 30. vel 40. annorum num. 218. & 219.

144 Et contra lapsum temporis prescriptionis, non conceditur fisco in integrum restitutio, ut in specie probat Sforcia de restitut. 1. part. quest. 83. num. 85. & part. 2. quest. 89. n. 24. Guacin. de confiscatione conclus. 19. num. 13. Farinat. quest. 25. num. 165. cum sequent. Gregor. in l. 5 tit. 7. part. 7. gloss. 2. Bucaron. dict. differentia 174.

145 Et reus, qui aduersus delictum prescriptionem habet, quando notoria est, debet absoluui, quatuor ab eo non opponatur, Bald. in l. non dubium, ad finem, C. de legibus, & eam opponendo est nulla condemnatoria sententia, ut per Bucaron. different. 175. num. 2. Imo Thesaur. decif. 268. num. 4. dicit, quod extante prescriptione, etiam parte non opponente, acta & processus sunt nulla.

146 Nec contra hoc obstabit primò, si dicatur, quod prescriptio, l. in cognitione procedit in fauorem illius, qui indignus est, quia defundi mortem non vindicavit, & non in occidens fauorem, ut Ioannes Baptista fuit, quia haec limitatio diuinatoria est respectu generalis Doctorum determinationis, quod indigni poena quinquenio prescribatur, Marsil. singul. 307. Pedrocha consil. 18. num. 36. & 37. qui loquitur de indignitate ex non ultra nece defuncti, & magis in terminis consil. 46. num. 189. & num. 256. 257. ubi loquitur de indignitate

ob homicidium commisum contra defunctum, quod huic criminis, & confiscationi prescribitur per quinquenium, & dict. num. 189. versic. Quinimo addit ex Cephal. consil. 241. num. 60. volum. 2. quod ubi bona sunt fisco delata, & non incorporata, prescribitur quadriennio contra fiscum, si denuntiatio delicti praecesserit, & fuit negligens in accusando, Peregrin. consil. 148. volum. 5. & consil. 67. num. 3. & per tot. volum. 6. ubi latissime probat prescriptio nem quinquenii procedere in indigno occidente defunctum Paschalis de patria potestate part. 4. cap. 8. num. 21. ubi punctualiter refert & sequitur, consil. Peregrin. 148. lib. 5.

147 Nec secundo obstabit dicere, quod haec prescriptio qua Ioannes Baptista Carano iugatur, non procedit cum malam fidem habuerit, & scientiam delicti, ex Bartol. consil. 119. num. 4. volum. 1.

148 Nam oppositio ridicula est, & contra omnes materiae textus, nam qui delinquit leui per delicti conscientis est, & nihilominus ei procedit prescriptio, & ita in terminis tradit Couarro in 4. 2. part. cap. 6. §. 8. num. 16. Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 8. nu. 35. Garonus ad constitut. Mediolan. titulo de iuribus, & priuilegiis fisci, art. 44. num. 7. versic. In hisce autem bonis, & num. 8. resoluentes quod prescriptio contra fiscum in bonis non incorporatis, procedit etiam data mala fide.

149 Et Bart. in dict. consil. 119. non loquitur de confiscatione, sed de hereditate que ob incapacitatem heredis alteri consanguineo defertur, & incapax de tali prescriptione agit, tunc enim nil mitum, quod requiratur bona fides, nam agitur de auferendo bona domino ad quem pertinent: at vero cum agitur de confiscatione, planissimum est regulam prescriptoris procedere.

150 Nec tertio obstabit opponere, quod quando confiscationis poena ipso iure incurritur, tunc nulla procedit prescriptio ex Guacinc. de confiscatione concl. 14. num. 40. Carpan. ad nouas constitut. Mediolan. in dict. capit. omnium num. 631.

151 Nam, quando haec limitatio sit certa (quod negatur) huic casui adaptari non potest, nam indigni poena non incurritur ipso iure, sed per sententiam, glossa in l. his consequenter, §. 1. familie crescundae, & supra late dictum est: Imo quando ipso iure incurritur, cum requiratur declaratio, ad hoc ut filius bona possit occupare, ut supra dictum est, adiuc procedit prescriptio, ut post Peregrin. tradit Guacinc. de confiscatione conclus. 19. num. 14. pag. 238.

152 Nec quartò obstabit si dicatur, prescriptio de qua in dictis iuribus, procedere in delictis leuis, & non in atrocibus, ut in homicidio deliberato, aut per assassinum commissio, ex Thesaur. decif. 108. num. 2. & 3. nam con-

contrarium est certius, quod quodlibet delictum, etiam atrocissimum, praescribatur dicto tempore, ut in puncto resolutio Barbosa in l. sicut, C. de prescript. 30. vel 40. annorum n. 225. 226. dicens hanc opinionem esse veriorem, & reprobat Autores contrarium dicentes.

153. Et Thesaur. dict. decis. 208. num 2. & 3. contrarium non resolut, sed potius opinionem praescriptionis nostri causus sequitur, & dictis numeris limitationi Marsili, & Carreri respondens, dicit, quod procedere poterat in delictis atrocibus, sed non sequitur hanc opinionem, nec eam fundat, immo contrarium resolut ibi, num. 4. ad finem, vbi cum Boetio decis. 55. dicit hanc praescriptionem procedere, etiam favore incendiatorum.

154. Quibus addimus, quod in hac oppositione sibi ipsi D. Fiscalis contrariatur in quantum ad rem iudicatam, quam Ioannes Baptista adducit, ut Senatus nullam in hac causa iurisdictionem habeat, nam eam excludere intendit, dicens, quod haec causa criminalis non est, sed civilis, nam solùm agiut de applicacione bonorum fisco, quod si sic habetur, quomodo dici potest hoc delictum esse atrox, & in illo non esse, nec posse currere præcipitionem?

155. Denique non obstat si dicatur, hanc praescriptionem procedere in quantum ad punitionem delicti, sed non respectu bonorum, ex Farinat. quest. 10. num 23. & 24. nam Farinatus hunc punctum non attigit, nec conclusio illi potest adaptari, nam fisco nulla fuerunt bona ablata, de quorum recuperatione agat, sed sołum agitur de eo excludendo à confisratione quam intendit, quibus in terminis procedit praescription in qua fundatur Ioannes Baptista Cataneo.

156. Et non solùm quinquenalis est (quæ sufficiebat) sed viginti, & sex annorum, in quo causum in facilitioribus terminis, per legem querela, C. ad legem Corneliam de falsis, quæ per spacium viginti annorum admittit praescriptionem quorumcumque delictorum, quod procedit non solùm accusatoris respectu, sed etiam fisci, quod ad illius instantiam, hoc tempore elapsa, procedi non possit, ut per Barbosam in l. sicut, C. de prescript. 30. vel 40. annum num. 221. & etiam procedit quamvis à principio non constet de delinquenti, & postea appareat, & evidenter de illo constet, etiam per confessionem ipsius, ut per Barbosa, vbi proxime num. 222. cum sequent.

157. Vtterius, cum hac praescriptione alia exclusiva iuris fisci concurrit, nam Ioannes Baptista Cataneo obiit anno 619 Lusitanæ, ut probatum est, ex quo sicut expirauit poena cuiuslibet delicti commissi, ita etiam confisratio bonorum, iuxta iura vulgaria, & in terminis probat Cutilius Senior cons. 59. num 6. qui loquitur in difficultiori casu, quando lex vel

statutum interrogat poenam ipso iure, quod si fecis decedat ante declarationem, & sententiam, eessat confisatio bonorum, sequitur Plotus consil. 30. num. 32. & consil. 50. num. 7. melius Boësius in praxi, titulo de accusat. num. 34. & articulo discurso in Senatu Mediolanensi hoc idem de cito fuit in terminis constitutionum illius Status, quæ confiscant bona ipso iure, tradit Clarus in praxi, §. fin. quest. 51. num. 14. circa finem, & post eos Garonus ad constitut. Mediolan. lib. 4. titulo de privileg. fisci art. 36. num. 19. pag. 120.

QVARTVM FUNDAMENTVM.

Vbi probatur non esse indignitatis causam verificatam.

158. **V**T tanquam indignus Ioannes Baptista Cataneo condemnetur, & ab eo bona auferantur, necesse est, quod criminalis sententia præcedat, in qua vt talis damnatur, & quando admittatur D. Fiscalis prætentio, quod ad solam bonorum confisrationem possit procedi, nulla condemnatione criminali præcedente (quod negatur) dubitari non potest, quod cum sit fundamentum intentionis D. Fiscalis nomine idem Ioannis Baptista Cataneo, ei onus probandi incumbit, iuxta iura vulgaria, & in terminis, ita tradit Bald. in l. 1. C. de hereditib. instituend. num. 50. & post eum, & Ruin. Mantic. de conjectur. ultim. voluntatum lib. 12. tit. 6. num. 22. pag 596. Argel. de acquirend. possess. quest. 6. art. 12. num. 342. & 343. & cum in contrarium recognoscatur, quod ei incumbit indignitatis probatio, aliqua ad dicti homicidij probationem ponatur, quæ nec separata, nec simul iuncta concidunt. Primo Genuæ sententia pôderatur, quæ non solùm non est contra dictum Ioannem Baptistam, sed expresse concludit tale homicidium non committi, nec in illo interueisse. Secundo, Lucæ sententia ponderatur, quæ dicto Ioanni Baptista non præjudicat, nā de ea in forma probanti non constat, & etiam nullum afferre potest præjudicium ob nullitates, & defectus quos habet, vt supra.

Nec prædicta sententia potest iuvari Hispaniæ Ficeps, quando dictas nullitates non habuerint, nam membrum ultimum distinctionis Bartoli in l. 1. C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica num. 51. certum non est, & communis opinio in contrarium procedit.

159. Et quando Bartoli doctrina certa fuisset, confisatio quæ in dicta sententia sit, est specificè ad favorem fisci Lucensis, & sic ampliarū non potest ad bona sita extra territorium confiscantis, nec vt Ficeps Hispaniæ possit illius virtute rem aliquam petere. Tertio ponderatur pro principali fundamento fisci probatio, quæ est inserta in Lucæ sententia, quæ sufficiens non est, vt Ioanni Baptista præjudicet.

160 Primo, nam cum ei Lucæ sententia nullum afferat præiudicium, ut supra, nec etiā acta, & probationes potuerunt præiudicare, cap. inter dilectos, verſe. Nec attestations, de fine instrument. Molina lib. 4 cap. 8. num. 5. Doctor Catillo tom. 6. cap. 157. num. 22.

161 Secundo, nam præcipua nullitas quam habet Lucæ processus, est, quod quando fuit causa fulminata erat Ioannes Baptista minor, & persona illius, ut requiebat, citata non fuit, nec per edicta, & generalia proclamata, ut supra.

162 Et probatio facta parte non citata, in tantum est nulla, iuxta cap. 2. de testibus, quod non solum non præiudicat reo non citato, sed nec actori qui eam facit, Vitalinus in Clement. 2. de testibus num. 3. Farinatus de testibus quest. 72. in principio.

163 Tertio, nam ex dicta probatione cōvincitur, quod nullus testis concludit de viſu homicidii, nec de indicijs, aut illius urgentibus coniecturis, nam Hieronymus Piola postquam narravit, quod prædictus Ioannes Baptista Stephanus, & alij fuerunt in Luco de vio Regio deponit ex eorum iulu ante eos pro peraſſe, & cum accessisset ad Turtim, quæ erat Ducis Florentiae stetisse, & cum videret quadrigam detineri reddisse animo ei occurrendi, & videndi, qua ex caula detinerentur, & cum accessisset, mortuum inuenit Stephanum Cataneo, & in quantum ad occisorem, ducit de auditu à quodam autiga famulo, quod qui eum occidit fuit quidam, qui ferebat Galerum aluum.

164 Ex dicto huius testis nulla resultat probatio, quia testis de auditu nihil probat, cap. licet ex quidam 2. de testibus, Farinat. quest. 69. num. 1. nec enim, in quantum credit Ioannem Baptistam mortis esse certiorem, fidem facit, quia testis de credulitate deponens non debet admitti, Farinat. quest. 68. num. 62.

165 Nec interest quod afferit, scilicet se vidisse Ioannem Baptistam fecisse instantiam, vt Stephanus ad Florentiam pergeret, & similiter vidisse illum plures secreta loquutum cū Vespasiano, & Ioanne Baptista Romanola, nā quando certa colloquio secreta fuisset, de alijs potuerunt loqui, & non de prædicto homicidio, quod ita debet præsumi, l. merito, ff. pro loco Craveta consil. 151. num. 18. vbi plura exempla afferit ad excludendam præumptionem delicti, & ad hoc ut associatio ad committendum delictum sit punibilis debet præcedere tractatus de homicidio committendo, ut probat Guacin. de defens. reor. defens. 33. cap. 10. num. 14. pag. 1053. vbi addit quod tractatus debet probari per allegationem, ex Burzato, Deciano, Plaça, Maceraten. ibi allegatis, & inferius addit, quod testes non probant auxilium si dicentes credere, vel iudicare, quod nisi auxilium præstitum fuisset homicidium, non

committetur, & posse dixit ex Grato conf. 73. num. 4. & 5. cum sequent. quod auxilium non probat si testes dicent vidisse aliquem cum delinquente in aliquo loco, vel transire in simul per aliquem locum. Farinat. consil. 2. 9. num. 4. & 5. lib. 3. vbi quod alloquatio ad alteres, tunc probat præsumptionem mandati, quando fuit proxima delicto commissio, & est inimicitia inter mandantem & occisum, que est vera decisio, ut dictum testis excludatur, dum dicit vidisse simul Ioannem Baptistam Cata, ne, cum Romanola, & Vespasiano Testa ante commissum delictum, nam potuit contingere, quod quādo fuit delictum perpetratum, absens fuisset prædictus Ioannes Baptista.

166 Antonius Malora, alio nomine Dagenta, nullam mortis rationem refert, nec interuenisse Ioannem Baptistam Cataneo, sed illum iulu Vespasiani Testam, Epistolam tulisse ad Adatum Centurionem, qui cum Genuæ non fuit, eas sub Economo tradidit ignarus illius, quod epistola continebant.

167 Perinela de Malora num. 33. idem refert, quod cum Epistolas fore, non posset ad Genuā eas testi præcedenti tradidit, hi sunt testes interii in testimonio alterum Lucæ, ex quibus nulla culpa contra prædictum infertur, & quando assenserent Ioannem Baptistam, & ceteros illum occidisse nominatim nō illum exprimendo, quatenus in morte reperirentur, nec in ordinaria poena damnari possint, ut tradit Guacin. de defensione 33. cap. 10. n. 5.

Cum supradictis concurredit testimoniū discordantia, nam omnes dicunt Stephani homicidium fuisse mente Iulij perpetratum anno 597. & Lucæ sententia dicit, quod mente Augusti sequenti, cum qua concordat probatio a reo facta.

168 Ex quo testes sunt de falsitate coniuncti, quibus non est credendum, quādo aliquid Ioanni Baptista præiudiciale affererent, quia testimoniū fides est individualis, & falso in aliquo in nihil creditur, cap. pura 3. quest. 9. l. qui falsa, ff. de testib. leg. 41. ad fin. tit. 16. part. 3. Farinat. de testib. quest. 66. num. 13.

169 Quarto ponderat D. Regius Fiscalis ad huius delicti probationem, quod fuit iuste commissum, & noctu, & ideo difficilis est probationis, & sufficiunt coniecturæ, & indicia, Cui satisfit, nam iuxta præsuppositum, ex quo ad mortem proceditur, præsentes fuerunt auriga, & testis famulus à quibus audiuit Hieron. Piola, & ceteri qui erant cum prædicto Stephano Cataneo, & sic casus difficilis probationis non est, cum essent testes, qui hoc afferente possent Farinat. de testib. q. 62. num. 34. vbi ex Bossio in praxite de indicijs num. 170. dicit, quod cum in delicto nocte commissio potuerunt interuenire testes, tam habiles, quam inhabiles, non dicerur delictum difficilis probationis, & ita requiritur plena probatio.

170 Et regulare est, quod ad hoc, ut certamen dicatur difficultas probationis, necesse est quod nec actu, nec habitu alij testes, quam inhabiles interuenire non soleant, Mascard. tom. 1. conclus. 534. domesticum testem num. 13. 19. & 20. & tom. 3. conclus. 1365. testes alias inhabiles num. 9. Farinat. de testibus quest. 55. n. 64. & 65. Cornazan. decis. 114. num. 4 & 5. Trentacing lib. 2. var. ar. tit. de testibus resolut. 1. nro. 10. versic. secunda conclusio, & versic. Tertia est conclusio, & fiscus debet probare casum esse difficultas probationis, ut per Trentacing. conf. 16. num. 4. lib. 2. fol. 46.

Sed hic sumus extra omne dubium, nam difficultas probationis delicti operatur, quod testes deponentes de illo, aut super indiciis culpare, admittantur etiam inhabiles, sed in hoc delicto non sunt testes habiles, nec inhabiles dicentes de visu, & certa scientia praetensi homicidi, nec de indiciis contra dictum Ioann. Bapt. sumus.

171 Quinto fuga dicti Ioannis Baptista ponderatur, quae nec certa, nec probata est, & aucta Lucæ eam non conuincunt, nam ex eius fuisse citatum non constat, nec in persona, nec per edicta, & sic non fuit effectus contumax, ut supra.

172 Præterea fuga aliquod indicium operatur, quando fit ante formatam inquisitionem, sed postea, non est culpabilis, nec aliquem probationis gradum inducit, nam præsumitur fieri, non ob conscientiam criminis, sed ne reus capiatur, & molestetur a iudice, ex doctrina Bart. in l. 1. ff. de custodia reorum num. 1. & cum alijs Farinat. in praxi tom. 1. quest. 48. num. 27. cum sequent. ubi latè ampliat.

Et non constat fuisse fugam, nee quo tempore fuit facta, & quod potest colligi est, quod absentia a ciuitate Lucensi naturalis fuit, quia ad Genuam suam patriam proficiebatur.

173 Denique dictus Ioannes Baptista sponte Genuæ se presentauit, ex quo quilibet suspicio, quae ex fuga prouenisset, purgatur, Bart. in l. quis sit fugitius, per illum textum, ff. de cœl. edict. & ibi Coepola num. 15. Farinat. dict. quest. 48. num. 48. & sequent.

174 Ultimo ponderatur num. 62. usque ad 105. in allegatione contraria, quod huius delicti fama sufficienter probat delictum, ad hoc plures allegationes coadjuvando, quae certe non sunt, nec prædictam probant conclusionem, nec rem huic casui adaptabilem, nam nullum delictum dici potest notorium, non præcedente causa cognitione, cum rei citatione, & sententia, in qua sic declaretur, ut ex Aretin. consil. 163. volum. 3. & 6. versic. Secundo principiter Amilio, Ferreto, Claro, & alijs tradit, Mascard. tom. 1. conclus. 1106. num. 10. Menoch. de arbitrar. Centur. 6. casu 542. nro. 22. & 23. Thusc. tom. 5. litera N. conclus. 1071. num. 3.

175 Et etiam requiritur totum populum famæ esse certiore, aut potius maiorem illius partem, & quod decem testes de visu deponant, ut in cap. tua nos, & in cap. nostra de cohabitac. Clericorum. Menoch. de arbitrarys casu 166. nro. 2. Thutucus liter. N. dict. conclus. 107. num. 27. & conclus. 109. num. 2. & 3.

176 Et etiam requiritur quod testes de certa scientia deponant, & non de auditu, ut per Mascard. d. conclus. 1106. n. 19. & 20.

Iuxta quod, in hac causa, nulla famæ & notorietatis species potest existere, nam in ea nulli testes de visu sunt producti, & in testibus Licensis Reipublicæ in hac causa examinatis, solus virus de auditu inuenitur.

177 Et quamvis notorium sit Stephanus Cataneo fuisse occisum, de occidente non constat, & in hoc coaedit controværia, & ita non est, nec existere potest notorietas, & fama, quæ vis de homicidio constet in genere, ut in terminis ponderat Aretinus dict. conclus. 165. num. 12. versic. Concluditur ergo, ibi: Licet enim notorium sit Archiepiscopum fuisse suspensus, & quosdam alios, & Cardinalem dictum fuisse ad Palatium, non tamen est notorium hoc esse factum à Laurentio sequitur, Menoch. dict. casu 542. num. 23.

178 Et ut fama aliquod operetur indicium, necessum est illam pluribus requisitis probari, quae adducit Farinat. in praxi tom. 1. quest. 47. ex num. 218. Cala de modo articulandi, & probandi, ex num. 592. & nullum ex his requisitis in hac causa concurrit, sic & frustra tot allegationes coadunantur ad comprobacionem famæ, & notorietatis.

179 Cui additur, quod cum hæc causa at-
dua, & criminalis sit, plenissime probationes,
& testes ab omni exceptione maiores requiri-
runtur, l. fin. C. de probationibus, cuius decimo
procedit, non solum quando agitur de poena
corporali, sed etiam de poena pecuniaria, aut
confiscatione bonorum, nam ad hanc poenam,
etiam plena requiritur probatio, ut post Pe-
trum Surdum, Bos. Decian. & alios tradit Guac-
cin. in tractatu de defensione reorum defension
33. cap. 14. num. 1. post medium pag. 1060.

180 Et ex hoc, nec etiam potest sequi in
poena ordinaria condemnatio ex pluribus
præsumptionibus, & indicijs simul iunctis, ut
per Guac. dict. cap. 14. num. 13. pag. 1064. &
quamvis indicia sint indubitate, Guac. ibi,
num. 14. pag. 1065.

Et semper quodlibet indicium de per se, in
suo genere debet plenè probari, ut ex Bartulo,
& alijs tradit Guac. lib. 3. practicar. quest.
2. per totam, & Marta voto 45. nro. 14. Farinat.
deciso. 1. post 2. tom. consilium criminalium,
Guac. defensione 33. capit. 14. num. 16. pag.
1067.

181 Et si poena ordinaria locum non ha-
bet, nec etiam bonorum confiscatio locū ha-
bet.

bebit; nam ordinaria poena est, ut latè supra dictum est.

182 Ulterius cum hoc concurrit, quod quād delictum fuisse plenè probatum, quia minor quindecim annorū erat Ioannes Baptista, mitius debebat puniri. Bald. in l. data n. i. C. qui accusar. non poss. vbi quod debet imponi poena pecuniaria, Carrot. in tractatu de minor. in delict. excusand. quest. 27. per toram, Farinat. quest. 11. num. 33. Præcipue cum culpa, quæ prædicto imputatur, consistat in auxilio præstito ad dictum homicidium perpetrandum, ut per Carrot. vbi supra, quest. 54. in fine, quod operatur, ut non possit imponi minori poena confisicationis bonorum, ut post Plot. & Bursat. tradit Ruginel. in tract. quest. cap. 35. num. 69. fol. 98. col. 4. nam confisatio bonorum est poena ordinaria, & qui in ea dñari non potest, nec etiam in bonorum confisicatione, ut ipse arguit, & ita dicit fuisse deci- sum in Senatu.

QVINTVM FUNDAMENTVM.

In quo probatur in ligni poenam Ioannem Bapti-
stam non incurrisse, ut eius bona à
fisco auferantur.

183 **C**VM præcedentia fundamenta tam peremptoria sint, huius præclam necessaria non erat disceptatio, in quo probandum est, quod quamvis certum fuisse homicidium, quod Ioanni Baptiste imputatur, adhuc fiscus nullum haberet ius ad hanc prætensam confisacionem.

184 Ad quod debet animaduerti, quod in hic materia sunt termini diuersi, delictum indignitatis, aut incapacitatis hereditis, si indig- nus est, adquitit dominium bonorum ipso iure, & fiscus ob indignitatem ea aufert, & con- fiscat, & in his terminis procedit, lex Lucius de iure fisci, & lex cum ratio, §. fin ff. de bonis damnatorum, si incapax est heres, nil ex hereditate ipso iure adquirit, & ita fiscus nulla bona reperit, quæ auferat, & consequenter con- fiscatio non procedit, & in bonis alij heredes defuncti ab intestato succeedunt, aut cohæredes, vel substituti occisoris.

185 Hæc distinctio vera est, & ab omni- bus communiter recepta, ut per Ripam in l. 1. de vulgarī num. 155. Peregrin. de iure fisci lib. 2. tit. 2. num. 26. pag. 61. Fulat. de substitut. quest. 50. num. 60. & quest. 51. in principio, Farinat. in fragmentis post tractat. de furtis liter. F. verific. Fisco quando applicetur id quod ab indi- gnis aufertur num. 35. pag. 180. & in praxi 4. p. tractat. de homicidio, quest. 120. num. 37 & 52. Bossio in praxi titulo de his quibus, in primo num. 18. pag. 1613. & eodem titulo in secundo, num. 3. Sextinus de Regalibus lib. 2. capit. 10. n. 120. pag. 156. Claro in praxi, §. Homicidium num. 22. verific. Sed quid si maritus, Thuscus to-

mo 3. lit. F. conclus. 394 num. 59 & 62 Pedro- chia consil. 40. num. 223. & 261. Paschalis de patria potestate part. 4. cap. 8. num. 10. Peregr. consil. 69. num. 8. 9. & 10. lib. 2. vbi quod inca- pax ipso iure non adquirit, & sic fiscus nihil ab eo aufert, Thesaur. lib. 2. quest. Forens. q. 41. n. 1. 2. & sequent. & lib. 3. quest. 80. num. 3. Guac- cin. de confisicatione conclus. 13. ampliat 6. num. 45. & 46. pag. 29. Argel. de adipiscend. possess. quest. 10 artic. 8. num. 146. Sanchez de matri- monio lib. 7. disputat 87. num. 81.

186 Iuxta hoc, dubitatio consistit in inqui- rendo, an Ioannes Baptista Cataneo (calu ne- gato quod occidisset, vt intenditur Stephanū, cuius substitutus fideicommissarius erat) indig- nus, vel incapax erit, & quidem in hoc est ve- rissima, & recepta conclusio fuisse incapacem, & sic ipso iure non acquisivisse hereditatem, vt in l. si ab hostibus, §. si vir uxorem, ff. soluto matrimonio, Balz. consil. 50. lib. 4. in antiquis, vbi quod si frater substitutus per fideicommissum, fratrem occiderit, vt conditionem purificeret, non consequitur fideicommissum, ne dolus ei pro sit, sequitur Molin. lib. 3. cap. 2. num. 32. Barbola in dict. §. si vir uxorem num. 20. vbi in substitutione si leicomaillaria punctualiter sequitur istam resolutionem.

187 Et pro hac opinione consuluit Corn: consil. 222. volum 4 Barbac. consil. 8. per totum præcipue. num 8 cum sequent. lib. 3. & pluribus confirmat Molina lib. 1. cap. 9. ex num. 27 qui se remittit ad dict. lib. 3. cap. 2. num. 32. ad fin. eiusdem sententia est Barbola in dict. §. si vir num. 24 Peregrin. de fideicommiss. artic. 22. n. 98. Farinat. in praxi tom. 4. quest. 120. nu. 46. Plaça de delictis cap. 22. num 40. ad finem pag. 206. Pedroch. consil. 40. num. 223. & 261. vbi de substituto fideicommissario occidente in- stitutum, quod ipso iure non succedat, & per consequens fiscus nil adquirat, quæ omnia latè mōre suo exornat Castillo tom. 6. cap. 161. per totum, & nobilissime Rouitus ad pragmat. 1. de bonis proditorum ex num. 124. usque ad 131. pagina mihi 85. vbi latè explicat, quod vocatus ad successionem feudi occidentis ante- cessorum, vt præueniat tempus successionis, ipso iure fit incapax propter inhumanitatem cri- minis, & feodium deuolutum ad collaterales, vel ad successores excluso fisco, ipse Rouitus consil. 13. volum. 2. per totum.

188 Hanc eandem resolutionem sequuntur alij plures Doctores doctrinam Bartoli co- probantes, in l. si ab hostibus, §. si vir uxorem, ff. soluto matrimonio, Claro in praxi, §. homicidium num. 22. verific. Sed quid si maritus, vbi quod siue lucrum dotis deferatur marito ex pacto, siue ex statuto, uxorem occidendo fit incapax ipso iure, Petrus Antonius Anguisola consil. 76. num. 5. verific. Quod si ius commune lib. 6. & idem procedit, siue substitutio fideicom- missaria sit antiqua, aut moderna, adhuc eniti fiscus

fiscus excluditur, Petegrin de iure fisci lib. 2. tit. 3. num. 17. Barbos. in dict. 5. si vir uxorem num. 21. Paschalis de patria potestate part. 4 c. 8. num. 15. pag. mihi 429. Guacin. de conf. cat. concl. 13. ampliat. 6. num. 18 pag 29. cum quo concurrit, quod in prima instantia Promotor Fiscalis in aitione intentata confessus est predictum Ioannem Baptistam esse incapacem, & expressius D. Fiscalis facetur in processu, quod in hoc casu haereditas ad Ioannem Baptistam non pertinet, & quod fiscus in sui locum succedit, cum certum sit, quod si nihil indigens adquirit, nil fiscus poterit auferre.

189 Secundo, & ex alio capite excluditur fiscus, nam quando fuisset probatum, homicidium esse certum, & iussa Ioannis Baptiste esse commissum, quod negatur. Esset atrocissimum delictum, & per assassinatum commissum, ex quo incapacitas successionis resultat, & per consequens nulla est confiscatio, ut in puncto tradit Paschalis capit. 8. num. 10. Farnat. de homicid. quest. 120. num. 38. Thesaur. lib. 3. quest 80. n. 3.

190 Tertio, nam quod oppositiones Saluaginæ Spinola, & Charetinæ Cataneo matris, & sororis dicti Ioannis Baptiste non admittantur, ut fiscus excludatur, ut in sequenti allegatione dicetur, dubitari non potest Balthasarem Cataneo fratrem dicti Ioannis Baptiste adhuc viuum tempore mortis Stephani fuisse, & ita per substitutionem ei fuerunt omnia fideicommissi bona adquisita, vel ut coniuncto, aut cohæredi, & cum ab intestato decessisset dictus Balthasar, in suis bonis Ioannes Baptista successit, non obstante indignite, vel incapacitate, vrin l. qui Titij, ff. de his quibus, ut indignis, l. penultim. 5. si heres, l. fin ff. de in officio testam. eleganter Barbos. in dict. 3. si vir uxorem num. 27. & 28. & num. 29. ver sic. Denique colligitur, vbi explicat l. Lucius de iure fisci, idem tradit Fanuc. de lucro doxis, gloss. ultima sub num. 4.

191 Quarto, nam in dicta substitutione fideicommissaria deficiētibus Stephano, & eius filijs, vocatus est Dominicus Cataneo testatoris frater si vixerit, & eo mortuo filij, aut haeredes, ut constat ex clausula posita in actis, & in hoc verbo, Filii aut haeredes, comprehenduntur non solum immediati filij dicti Dominicai Cataneo, sed etiam nepotes, & descendentes, Imola in l. Gallus 5. Instituens num 64. ff. de liber. & posthum. Zanch. in l. haeredes mei, 5. Cum ita ad Trebellian. 4. part. num. 197. Mantica de coniectur. ultim. voluntat. lib. 8. tit. 8. num. 20. Petegrin. art. 22. num. 50.

192 Quo supposito, filij dicti Ioannis Baptiste præferri fisco debebant etiam data indignite sui patris, eo quod ius virtute dictæ substitutionis habebant, absque dependentia iuris patris, & illius delictum eis prædicare non potest, Batt. in l. fin. num. 6. 9. & 10. ff. si quis

aliquem testari prohibuerit Barbos. in l. 5. ab hostibus, 5. si vir uxorem, ff. solut. matrimonio, n. 23. ad finem, & num. 24 in princip. Farnat. in praxi tom. 4. quest. 120. num. 45. Paschalis 4. part. cap. 8 num. 13. Thesaur. tom. 3. questionū Forens. quest. 80. pertotam, præcipue ex num 3. vbi quod homicidium commissum à tertio, non ostendat venienti ab intestato iure proprio, Rouit. ad pragmat. 1. de prodit. ex num. 64. & iterum ex num. 107. vbi quod delictum successoris, non præjudicat sequenti in gradu, in successione fendi, alios ad hoc refert Viscont. in suis conclusiū iuris, litera F. verbo, Fiscus teneatur solvere ad finem, versiculo, An filius occidens patrem pag. 100. & Doctor Castillo tom. 6. cap. 161. ex num. 4. vbi quod homicidium à patre commissum, non priuat eius filius successione majoratus.

193 Nec contra omnia supradicta obstat D. Fiscalis replicatio, quod data incapacitate Ioannis Baptiste exclusus fiscus remanere non potest, nam in hoc casu maioratus constitutus à Balthasare ex Stephani portione cessavit in Dominico, & ciuius filiis substitutis. Quæ oppositio excluditur aduertendo, eam adaptabilem esse, si Ioannes Baptista, & fideicommissarij ex maioratu, & alienandi prohibitione se defenderent, quia hæc in prædicto cessant, sed hæc non est defensio, sed solum fundatur in incapacitate Ioannis Baptiste, quæ in eo verificatur per mortem Stephani, ut dies substitutionis anticiparetur, & in his terminis ius illū iudicat incapacem, ut per Barbosa in dict. l. si ab hostibus, 5. si vir uxorem num. 20. soluto matrimonio, vbi punctualiter loquitur in substitutione fideicommissaria, quod occidens institutum sit incapax ipso iure, & admittantur collaterales exclusio fisco.

194 Nec secundo obstat, si replicetur, quod Molina lib. 1. cap. 9. num. 25. & 26. & lib. 3. c. 2. num. 31. & 32. dicit, quod in hoc casu pro vita occidentis ultimum possessorem, applicantur maioratus fructus fisco, per legem Statius Florus, 5. Cornelio Felici, de iure fisci, & quod sic Hispaniæ Fiscus potest hæc bona per petuo cōfiscare, quia libera, & allodialia erant in Ioan. Baptiste.

Nam hæc oppositio, nec etiam huic casui potest adaptari, quia quod fiscus apprehendat bona maioratus durante vita successoris, qui occidit, non est per viam indigitatis, vel confiscationis, sed condemnationis ob delicti pœnam, & cum ita sit, procedi non potest contra Ioannem Baptistam, nam cessat præsuppositū iurisdictionis Consili, Regalis patrimonij.

195 Quibus additur, quod Molina d. lib. 1. cap. 9. num. 27. limitat conclusionem num. 25. & 26 quando occisor ex delicto fit incapacax, tunc enim, nec per viam confiscationis fiscus admitti potest, & lib. 3. cap. 2. num. 31. & 32. ipsam incapacitatis conclusionem adducit, ob

ob rationem l. si ab hostibus, & si vir uxorem
julato matrimonio.

Alia indignitas oppenitur contra Ioannem
Baptistam, nempe quia mortem Stephanum
vindicavit, quae plures habet respōsiones, quē
cum sint communes Saluagine Spinola, &
Charetina Cataneo matri, & sorori Stephani,
in sequenti allegatione explicabuntur.

Ex quibus vnde concluditur emendari
debere iudicis primæ instantiæ sententiam.

196 Absoluendo à petitione fiscalis fidei-
commissarios Ioannis Baptiste Cataneo.

Euentum huius causæ habes in allegatione
sequenti.

Cum hæc allegatio typis iam esset præpara-
ta, venit ad manus meas doctissimus liber con-
trouers. Capicij Galeotie Neapolitanæ Regie
Cameræ Praefidis, qui tom. 2. controuers. contro-
uersia. 33. latissimè comprobat omnia in hac
allegatione resoluta, ad euitandam confisca-
tionem propter indignitatem Ioan. Baptiste
Cataneo mei clientis, & in casu allegatio. 33.
refert doctissimus Author, Senatum pro co-
dem cliente iudicasse, quæ decisio mirum im-
modum confirmat meas locubrationes.

Et adde supradictis Ciriacum tom. 2. contro-
uers. 217. vbi constituit differentiam inter in-
dignitatem, & incapacitatem occisoris, Mon-
tan. de Regalib. verific. Bona, que ab indigno n. 1.
2. & sequent. pag. 87.

197 Et denium videoas de hac materia Ioan.
Anton Bellon in tractatu de iure accrescendi,
tom. 2. capit. 7. quest. 47 per totam, & pluribus
quest. sequent. vbi mirabiliter materiam expli-
cat, qui Author quando hæc allegatio scripta
fuit, non peruererat in Hispaniam, & ideo
passim suis locis non allegatur.

SVMMARIUM Allegationis XIII.

- 1 Fretensio Saluagine Spinola, & Charetina
Cataneo refertur.
- 2 Quando fisci pretensiō habeat locum quo ad
confiscationem respectu Ioannis Baptiste, non
præiudicat atricibus.
- 3 Dispositio Balthasaris Catan. & discursus suc-
cessionis refertur, usque ad num. 6.
- 4 Declaratur intentio matris, & filii, & n. 8.
- 5 Si Ioannes Baptista fuit incapax successionis
ipso iure, non adquisiuit hereditatem occisi.
- 6 Quando indignus habet substitutos, aut co-
heredes, ad eos devoluit hereditas occisi,
& non ad fisca, usque ad num. 12.
- 7 Pedrocha consil. 40. num. 213. usque ad 222.
ponderatur pro hac conclusione.
- 8 De eadem re.
- 9 Conclusio proposita habet locum, etiam quod
heres ex delicto fiat incapax.
- 10 Querella de morte occisi pertinet ad her-
edes, non ad substitutos.
- 11 Minores non sunt indigni ob inultam necem
defuncti.

- 18 Etiam si perueniant ad maiorem etatem.
- 19 Feminae excusat ut a predicta accusatione.
- 20 Ut incurritur pena indigni ob hanc cau-
sam, requiritur quod heres cognoscat occisi-
fores.
- 21 Quando processus fulminatur ad vindictam,
heres excusat a querela.
- 22 Mater excusat a querela filij.
- 23 Prescriptio excludit paenam indigni.
- 24 Indignitas ob inultam necem defuncti ab au-
la recepit.
- 25 Heredi heredis, non obstat indignitas ante-
cessoris.
- 26 Statutum exclusum feminarū non habet
locū, quādo feminae, heredes institutæ sunt.
- 27 Feminae filiorum appellatione comprehen-
duntur, etiam extante statuto feminarum
exclusio.
- 28 Quando filij, aut heredes vocantur disunici-
ū, filij non debent esse heredes, ut compre-
hendantur in vocatione.
- 29 Statutum exclusum feminarum, non com-
prehendit bona sita extra territorium sta-
tuentium, usque ad 31.
- 30 Si iura Regalia sequestrata debent reputari
tanquam bona Genuensis, Fiscus exclusus
remanet. & num. 33.
- 31 Annui redditus reputantur bona sita in ter-
ritorio, ubi constituti sunt.
- 32 Opponit D. Fiscalis Ioan. Baptista omnia
bona insolidum possedisse.
- 33 Hæres insolidum possidens omnia bona hære-
ditaria, non prescribit contra cohæredes.
- 34 Recopilat. intellectus.
- 35 Sine possessione prescriptio non procedit.
- 36 Actus gestus ratione officij, non præiudicat in
iure proprio.
- 37 Balthasar Cataneo ab intestato decepsit, ex quo
responsio obiectionis elicetur.

ALLEGATIO XIII.

PRO
Saluagine Spinola, & Charetina Cataneo.

CONTRA
Regium Fiscum.

EPITOME ALLEGATIONIS.

- I Indignitas, vel incapacitas occi-
dentiæ institutum, non nocet co-
hæredibus, nec substitutis.
- II Plura de indignitate ob inultam
necem defuncti.
- III Statutum exclusum feminarū,
non extendit ad bona sita
extra territorium.
- IV Iura Regalia super Regis